UNIVERSITÄTS
BIBLIOTHEK
WUPPERTAL

BERGISCHE
UNIVERSITÄT
WUPPERTAL

# Universitätsbibliothek Wuppertal

## Codicis Dn. Ivstiniani Sacratissimi Principis P.P. Avg. Repetitæ prælectionis Libri XII

**Justinian <I., Byzantinisches Reich, Kaiser>**

**Francofurti ad Moenum, M D LXXXVII.**

Liber undecimus

**Nutzungsrichtlinien** Das dem PDF-Dokument zugrunde liegende Digitalisat kann unter Beachtung des Lizenz-/Rechtehinweises genutzt werden. Informationen zum Lizenz-/Rechtehinweis finden Sie in der Titelaufnahme unter dem untenstehenden URN.
Bei Nutzung des Digitalisats bitten wir um eine vollständige Quellenangabe, inklusive Nennung der Universitätsbibliothek Wuppertal als Quelle sowie einer Angabe des URN.

urn:nbn:de:hbz:468-1-1733

Visual Library

AVRI perſecutores partim nulla præmiſſa (vt aſſolet) perſecutoria, aurum preſumunt ||perſequi,[a] || partim diutius retẽtant, quod ſtatim fuerat adſignandum. Ideoq; cenſemus, ne quis abſque præcepto viri illuſtris comitis ſacrarum largitionum, vel coquendum[b] aurum ſumat[c], vel capiat deinceps retinendum. Dat. 13. Kalend. Aug. Honor. VIII. & Theod. III. AA. Conſſ.

[a] *Abeſt à Co. Theo.*
[b] decoquendum, *Pyr. al.* vt coquendum, *id eſt, conſumẽdum & interuertẽdum Cui. hic.*
[c] ſumatur.

## DE HIS QVÆ EX PVBLICA COLLATIONE illata ſunt, non vſurpandis,

Tit. LXXIII.

1. Imp. *Conſtantinus* A.[d]

NVLLVS iudicum quod à republica[e] ex collatione ſuſceperit, mutui interuentione oppoſita vel inuadat, vel conetur[f] inuadere. Dat. Pr. Non. Mart. Treueris, Paulino & Iuliano Coſſ.

[d] *C. Th. 12. 9. 1.*
[e] ad rempublicam.
[f] comminetur.

2. Impp. *Gratian. Valentinian. & Theodoſ.* Auguſti Haue Lampadi K. N.[g]

NVllus penitus ex eo quod refertur in conditis, vel in arca continetur, ad quemlibet titulum vſurpet, niſi fortè præſumendi facultatem ſublimium poteſtatum iuſſione perceperit. Dat. 3. Id. April. Conſtant. Antonio & Syagrio Conſſ.

[g] *C. Theod. eo. tit. l. 2.*

3. Impp. *Arcad. & Honor.* AA. Meſſalæ, PP. poſt alia[h].

SCiant iudices[i] nihil ſibi ex priuatæ rei canone, vel ex eo quod ex ijſdem titulis exegerint, ad neceſſitates alias transferre licere: niſi malint grauiſſima ſeueritate ſuam licentiam coerceri. Dat. 16. Kalend. Iun. Mediolan. Theodoro Conſ.

[h] *C. Theo. eod. tit. l. 3.*
[i] *Repetitur l. vlt. j. de colla. fun. patr. ex qua hæc verba ex ijſdẽ titulis ad patrimoniales & emphyteuticarios fundos referenda eſſe exiſtimat Cuiac.*

## DE AVRO CORONARIO,

Tit. LXXIIII.

1. Imppp. *Gratian. Valent. & Theod.* Auguſti Cynegio P. P.

AD[a] collationem auri coronarij placuit neminem abſq; conſuetudine eſſe cogendum. Dat. XV. Kal. Febr. Conſtantinopol. Richomere & Clearcho Conſſ.

[a] *Ex libr. 12. tit. 13. l. 5. Cod. T. Verũ quid ſit aurum coronarium, explicat l. 4. eod. tit. C. Theo.*

## DE IRENARCHIS[b],

Tit. LXXV.

1. Impp. *Honor. & Theod.* Auguſti Anthemio P. P.[c]

IRENARCHÆ, qui ad prouinciarũ tutelã, quietis ac pacis per ſingula territoria faciunt ſtare concordiam, à decurionibus iudicio præſidum prouinciarum idonei nominentur. Datum 8. Kal. Ianuar. Conſtantinop. Honor. VIII. & Theodoſ. III. AA. Conſſ.

[b] *Irenarchæ appellabãtur, qui diſciplinæ publicæ & corrigendis moribus præpoſiti erant l. 6. ff. de cuſtod. reor. l. vlt. §. Irenarchæ. ff. de muner. & honoribus.*
[c] *Ex Cod. Th. eo. ti. l. 1. Cont.*

## DE ARGENTI PRETIO, QVOD theſauris infertur,

Tit. LXXVI.

1. Impp. *Arcad. & Honor.* Auguſti Eutychiano P. P.

IVBEMVS[d], vt pro argenti ſumma quam quis theſauris fuerat illaturus, inferendi auri accipiat facultatem: ita vt pro ſingulis libris argenti quinos ſolidos inferat. Dat. 11. Kal. Mart. Conſtantinop. Cæſario & Attico Conſſ.

[d] *C. Th. lib. 13. tit. 2. l. 1.*

# CODICIS DOMINI IVSTINIANI SACRATISSIMI PRINCIPIS, REPETITAE PRÆLECTIONIS,

## LIBER VNDECIMVS.

## DE NAVICVLARIIS SEV NAVCLERIS publicas ſpecies tranſportantibus, & de tollenda luſtralis auri[a] collatione,

### TITVLVS PRIMVS.

*Argumentum Græcæ conſtitutionis quæ deeſt titul. 1. libr. 11. Cod. de luſtralis auri collatione, tale reperi in antiquiſſimo exemplari manuſcript. quam fidem ei habere debeat, prudens lector perpendet. Contius.*

*Indictionibus trino luſtro digeſtis, auri primo pro rebus functio præter annuum canonem indicitur: aurumq́; quod ex tali collatione dependitur, eſt luſtrale. Quindecim verò annorũ ſpatium in ſe quinquennij continens tria luſtra, primo aurum, ſecundo argentum, tertio æs exſoluere collatores perurget. In luſtra verò conglomeratio per ſubadiuuas melloproximos adiutores & arcarios ad hoc officij deputatos ſub forma exactionis inſerta hoc expedito, curſu perſtringat.*

[a] *Quid ſit luſtrale aurum Euagrius & Zonaras eleganter deſcribunt, illudq́; vnoquoq; luſtro, i. quarto quoque anno pendi ſolitum tradunt.*

1.

REMITTIT omnibus prorſus collationem auri argenti, exceptis ciuitatibus aut vicis qui quid vltima voluntate ſub hoc collationis onere acceperunt, vel ſi quid à fiſco eadem lege datum ſit. Qui verò tale onus agnoſcunt, in eorum arbitrio ſit id ſoluere Conſtantinopoli vel in prouincia, ſiue quarto quoq; anno, ſiue vltra quadriennium, ſine damno & peruerſitate vlla. Ac ſi quid eo illato ſuperſit, id in alias ciuitatis neceſſitates impendatur, veluti opera aut frumenti coemptionem aut lumina aut ſimilia. Conſtituit autem pœnam C. librarum ſcholæ palatinorum, & præſidibus & cohorti & municipalibus, ſi hæc quandoque non obſeruauerint.

2.

NE quis, quò ſit releuatus auri atque argenti collatione, deſcribatur in ſpectacula vel alia quædam.

alioquin ſupradicta pœna imminebit.

*Nauicularij portantes res publicas, habent plenam ſecuritatem eundi & redeundi. Bart.*

3. Imp. *Conſtantin.* A. & *Iulianus Cæſ.* Olybrio P.V.[a]

NVllam vim oportet naucleros[b] ſuſtinere delegatas ſpecies annonarias transferentes, nec concuſſiones perpeti, nec aliquod genus incommodi, ſed venientes ac remeantes omni ſecuritate potiri, decem librarum auri multa proponenda his qui eos inquietare tentauerint. Datum Kalend. Iun. Rom. Conſtantio IX. & Iuliano Cæſ. II. Conſſ.

[a] *C. Th. lib.* 13. *tit.* 5. *l.* 5.
[b] nauiculariós, *in Co. Th.*

4. Impp *Arcad.* & *Honor.* AA. Euſebio P.P.[c]

COmperimus naucleros[d] ſuſceptas ſpecies in negotiationis emolumenta conuertere: [e] ideoq; decernimus, vt intra annum quas ſuſceperint, inferant ſpecies, & ſecuritates reportent, quæ etiam diem illationis edoceant: vt intra alterum annum eis reddantur, à quibus ſpecies præſtitæ ſint. Dat. 10. Kalend. Ian. Mediol. Arcad. III. & Honorio III. AA Conſſ.

[c] *C. Th. eo. tit. l.* 26.
[d] nauiculariós, *in C. Theo.*
[e] *Hic multa detracta ſunt è Cod. Theod.*

5. Ijdem Auguſti Flauiano P.V.[f].

AB his qui in naucleros prædas egerunt, volumus eorum commodis ſatisfieri: & ideo ne creſcat in poſterum eorum audacia, ſancimus, vt quicumque in rapinis fuerit deprehenſus, pœna[g] quadrupli teneatur. PP. Romæ in foro Aproniani IX. Kalend. Febr. Stilichone & Aureliano Conſſ.

[f] *C. Th. eo.* 29. *al.* Fabiano.
[g] in pœnam, *in C. Theo.*

*Quando id quod per perſonas certæ regionis debet expediri, non poteſt; debet expediri per homines circumſtantes expenſis publicis. Bart.*

6. Impp. *Honorius* & *Theod.* Auguſti Anthemio P.P.[h]

CVm nauarchorum cœtus circiter prouincias Orientis inopia nauium titubaret, & inueſtigādæ claſſis obtentu inſularum ſeceſſus[i] obiret[k], & nauigandi opportunitate tranſacta, iudiciorum indignatio ſine tranſuectionis expectaretur effectu: merito celſitudo tua præfecto Auguſtali & inſularum præſide conuentis, ciuitatis Alexandrinæ & Carpatiæ claſſis ſummates, & nonnullos alios naucleros eius[l] profeſſionis adduxit, vt onus frumentarij commeatus, qui per Orientales nauarchos ex Alexandrinæ ciuitatis conditis conſueuerat[m] ad ſacratiſſimam vrbem transferri, in ſuam fidem ſuſceptum, ad eadem Auguſtiſſimæ vrbis horrea comportarent,[n] ſalarijs[o] pro mercedula præſtitis ex tributariæ penſitationis immunitate, vel ex eo quod vocatur φιλικὸν,[p] necnon etiam alijs,[q] quæ cognationis limauit[r] examen. Dat. 14. Kal. Feb. Honorio VIII. & Theod. III. AA. Conſſ.

[h] *Ex C. Theo. eo. tit. l.* 32.
[i] ſucceſſus, *in C. Th.*
[k] cōſpiraret.
[l] eò, *in C. Th.*
[m] cenſuerat, *in C. Theo.*
[n] comportaret, *in C. Th.*
[o] ſolatijs, *in C. Theo.*
[p] *i. amicale, quod datur amicæ.*
[q] alios, *in Co. Theod.*
[r] al. libuit.

7. Ijdem AA. Anthemio P.P.[ſ]

QVi fiſcales ſpecies ſuſcepit deportandas, ſi recta nauigatione contempta, littora deuia ſectatus, eas auertendo diſtraxerit: capitali pœna plectetur. Dat. 14. Kalen. Auguſti, Conſtantinop. Honor. VIII. & Theo. III. AA. Conſſ.

[ſ] *C. Theod. eo. tit. l.* 33.

8. Ijdem Auguſti Fauſtino P.P. poſt alia.[t]

IVdices, qui in partibus[u] diœceſeos ſuæ onuſta nauigia, cum proſperior flatus inuitat, ſub prætextu hiemis immorari permiſerint: vnà cum municipibus & corporatis eiuſdem loci fortunarum propriarum feriantur diſpendijs. naucleri[x] præterea pœnam deportationis excipiant, ſi aliquid fraudis eos admiſiſſe fuerit reuelatum. Datum 18. Kal. Septem. Rauen. Varana V. C. Conſ.

[t] *C. Th. eo. tit. l.* 34.
[u] portubus, *in C. T. & qui. lib. manuſ.*
[x] nauicularij, *in C. Theo.*

* *Conſtitutio Græca.* *

## DE PRÆDIIS ET OMNIBVS rebus nauiculariorum, Tit. II.

1. Impp. *Valentin.* & *Valens* Auguſti ad Aurelianum P.P. anno.

DOMVM[y] etiam manſuetudinis noſtræ in his quæ nauiculario nomine obnoxia ſunt, agnoſcere præcipimus debitam functionem. Dat. 3. Kal. Oct. Lupicino & Iouino Conſſ.

[y] *C. Th. l.* 5. *ti.* 6. *li.* 13. *confer.*

*Pro rata rei quæ peruenit ad aliquem de bonis nauiculariorum; debet onus ſuſtinere, nec patrimonium vel perſona vlterius aggrauatur.*

2. Ijdem Auguſti & *Gratian.* A. Achiloni Proconſ. Africæ[z].

IN his quæ nauicularij vendunt (quoniam intercipere contractum emendi vendendiq; fas prohibet) emptor, nauicularij functionē pro modo portionis comparatę ſubeat. Res. n. oneri addicta eſt, non perſona mercatoris[a]. Neq; nauicularium iubemus[a] fieri eum qui aliquid comparauit: ſed eam partem quæ empta eſt, pro ſuo modo ac ratione eſſe munificam. nec enim totum patrimonium ad functionem nauiculariam[b] occupandum erit, quod habuit qui rei exiguæ mercator acceſſit: ſed illa portio quæ ab initio nauicularij fuit, ad penſionem huiuſmodi[c] functionis ſola tenenda eſt: reſiduo patrimonio, quod ab hoc vinculo liberum eſt, otioſo & immuni ſeruando. domus[d] verò quarum cultu decus vrbium potius quàm fructus acquiritur, vbi à nauicularijs veneunt, pro tanto modo ad hanc penſionem obligari placet, quantum habebant emolumentum cùm pecunia mutuaretur.[e] vbi verò ſpatium[f] ‖loci[g]‖ & exiguitas nullam habuerit penſionem, aut extructio cuius eſt ardua difficiliſque molitio, aut decus ſumptuoſum, aut (vt eſt plerumq; liberale inſtitutum) habitationem quis ſuam vrbis ornamento adiecerit, nolumus munificentiam quæ poſtea addita eſt, improbam licitationem æſtimationis excipere: ſed vetuſta potius loci ſpecies & penſio cogitetur, quàm cultus hodiernus qui per induſtriam hominis animoſi acceſſit. Datum 3. Non. Auguſt. poſt conſulat. Gratiani A. III. & Equitij V. C.

[z] mercantis, *in Cod. Theo.*
[a] illico iubemus, *in C. Th.*
[b] nauicularij muneris, *in Co. Theod.*
[c] huius, *in C. Theo.*
[d] domos, in *C. Th.*
[e] pecuniam mutuarētur, *in C. Th. emēdat. Cuia.* pecunia mutarentur, *in lib. Aured.* pecunia mutuarentur.
[f] ſpatia.
[g] *al. deeſt, legitur,* hoc.

*Qui emit prædia nauiculariorum, tenetur ad onus ſecundum veram æſtimationem, quæ priuatorum pactis non tollitur. Bart.*

3. Impp. *Arcad.* & *Honor.* Auguſti Meſſalæ P.P.[h]

HI qui fundos nauiculariæ functioni adſcriptos à nauicularijs acceperunt quolibet ad ſe titulo tranſeuntes, ſecundum agri opinionem quæ antiquitus habebatur[i] adſcripta, nauiculariam functionem ſuſcipere cogantur: neq; eas conditiones ſibi exiſtiment profuturas, quas venditor minus idoneus in ſe recepit impoſitæ mentis arbitrio[k]: hac tamen pactione ſeruata, vt ſi ad minus idoneum fuerit tranſlata poſſeſſio, etiam auctores tranſcripti prædij teneantur obnoxij, ſitq; hoc in promptu, vt damnis fiſcalibus primitus ab idoneis conſulatur. Dat. 14. Kal. Mar. Mediol. Theodor. V.C. Conſ.

[h] *C. Theo. eod. tit. l.* 8.
[i] habetur, *in Co. Theod.*
[k] *Sic legitur in C. T. al.* imponentis arbitrio, *in quibus manuſcr.* impoſitas ementis arbitrio. *quod magis probat Cuiac.*

## DE NAVIBVS, NON excuſandis, Tit. III.

*Naues quæ ſub nomine & titulo alieno excuſantur, publicantur. Bart.*

1. Impp. *Arcad.* & *Honor.* Auguſti Longiniano P.P.[l]

MVLTI naues ſuas diuerſorum nominibus & titulis tuentur: cui fraudi obuiantes præcipimus, vt ſi quis ad euitationem publicæ neceſſitatis titulum crediderit opponendum, ſciat nauem eſſe fiſco ſociandam. Nam vt priuatos quoq; non prohibemus habere nauigia, ita fraudi locum eſſe non ſinimus: cum omnes in commune, ſi neceſſitas exegerit, conueniat vtilitatib. publicis obedire, & ſubuectionem ſine dignitatis priuilegio celebrare. Datum 3. Id. Ian. Rau. Arcad. A. VII. & Probo Conſſ.

[l] *C. Theo. eod. tit. l.* 1.

*Nulla nauis ob neceſſitatem publicam excuſatur aliquo priuilegio in corpore iuris inſerto, vel non inſerto. Bart.*

2. Impp. *Theod.* & *Valent.* AA. Florentio præfecto prætorio.

IVbemus[m] nullam nauem vltra duorum milium modiorum capacem, ante felicem embolam[n], vel publicarum ſpecierum tranſuectionem, aut priuilegio dignitatis, aut religionis intuitu, aut prærogatiua perſonę, publicis vtilitatibus excuſari poſſe ſubtractam: nec ſi cæleſte contra proferatur oraculum, ſiue adnotatio ſit, ſiue diuina ‖pragmatica‖ ſanctio[o] prouidentiſſimæ legis regulas oppugnare debebit. Quod etiam in omnibus cauſis cupimus[p] obſeruari: vt generaliter ſi quid eiuſmodi contra ius vel vtilitatem publicam in quolibet negotio proferatur, nō valeat. quidquid enim in fraudem iſtius legis quolibet modo fuerit attentatum, id nauigij quod excuſatur, publicatione corrigimus.

[m] *Coniunge l.* 10. *§. de ſacroſ. eccleſ.*
[n] *Quid felicē embolam vocet, ſequentia verba indicant,* vel publicarū, *&c. v. Alciatum, Pyrrhum & Cuia. hic.*
[o] *al. deeſt.*
[p] præcipim⁹.

## NE QVID ONERI PVBLIco imponatur, Tit. IIII.

*Qui cogit nautam ad accipiendum aliquid vltra onus, tenetur ad emendationem damni, & criminaliter punitur. Bart.*

1. Impp. *Arcad. & Honor.* Auguſti Rufino præf. prætorio [a].

[a] *C. Theo. eod. tit. l. 1.*

ONERI publico ſarcinam priuatam ne quis imponat, nec audeat portitores frumenti ad ſuſcipiendum onus aliqua neceſſitate compellere. Hoc enim facto atq; commiſſo, non in diſpendium ſolum, atq; naufragij damnum tenebitur obligatus, verumetiam publicæ coercitionis experietur vigorem. Dat. 5. Id. Ianuar. Conſtantinop. Olybrio & Probino Conſſ.

## DE[b] NAVFRAGIIS, Tit. V.

[b] *Ecl. lib. 53. ti. 1. & 3.*

1. Imp. [c] *Conſtantinus* A.

[c] *In meo vetere manuſ. legitur:* Imp. Anto. *rectè, meo quidem iudicio, nam hæc videtur Antonini conſtitutio, quæ citatur in leg. vlt. eod. titul. Contius.*

SI quando naufragio nauis expulſa fuerit ad littus, vel ſi quando aliquam [d] terram attigerit, ad dominos pertineat, fiſcus meus ſeſe non interponat. Quod enim ius habet fiſcus in aliena calamitate, vt de re tam luctuoſa cōpendium ſectetur?

[d] reliquam, *in pleriſq; li.*

*Nauicularius qui dicit ſe feciſſe naufragium, debet hoc probare per teſtes coram iudice illius loci, & intra annum præfecto nunciare. Bart.*

2. Imppp. *Valentin. Valens, & Gratian.* AAA. ad Modeſtum P.P. [e]

[e] *C. Theo. eod. tit. l. 1.*

SI quis nauiculari⁹ naufragium ſe ſuſtinuiſſe adfirmet, prouinciæ iudicem, eius videlicet in qua res agitur, adire feſtinet, ac probet apud eum teſtib. euentum: relatioq; etiam ad ſublimiſſimā referatur præfecturam: ita vt intra anni ſpatium veritate reuelata [f], competens diſpoſitio [g] procedat. Quod ſi per negligentiam [h] præfinitum anni ſpatium fortaſſe claudatur, ſuper vacuas ſeraſq; interpellationes [i] emenſo anno placuit non admitti. Datum PP. Berſti, Non. Iun. Modeſto & Arintheo Conſſ.

[f] relata, *in C. Theo.*
[g] remedium ex indulgentia concedatur, *in C. Th.*
[h] *Additur,* huiuſmodi, *in Cod. Theo.*
[i] actiones, *in C. Th.*

*Cum de naufragio quæritur, debent examinari duo vel tres de naui qui melius ſcire debent veritatem: & eis deficientibus deuenitur ad alios. Bart.*

3. Imppp. *Grat. Valent. & Theod.* AAA. nauicularijs Afri. Sal. [k]

[k] *Co. Theo. eo. tit. l. 3.*

QVotiens obruta vel ſubmerſa fluctibus naui, examen adhibetur competentis iudicis, duorū vel trium nautarum quæſtione habita, cæteri ab huiuſmodi nexu liberentur. quid eſt enim quod non abunde [l] intra præfinitum numerum ſolers quæſitor inueniat? Circa magiſtros nauium quibus eſt ſcientia plenior, immoretur: qui ſi fatali ſorte defuerint, in alios inquiſitio transferatur [m]. Sanè ſi vniuerſos violentia tempeſtatis obruerit: ne veritas lateat, à liberis nautarum ſiue magiſtrorum intra iudicia conſtitutis ſuper eorum quæratur interitu quos nauicularius naufragio perijſſe contendit. Suſceptionis autem neceſſitas ex Kal. Aprilis in diem Kalendarum Octobris menſura ſeruabitur. Dat. 8. Id. Febr. Treuer. Gratiano vel [n] Theod. I. AA. Conſſ.

[l] aliunde, *in C. Theo.*
[m] transferetur, *in C. Th.*

*Priuatis qui ſoluerunt collectas publico officiali, qui poſtea aufugit vel perdidit, non imputatur. Bart.*

4. Imppp. *Valent. Theod. & Arcad.* Auguſti Tatiano præfecto prætorio. [o]

[n] *V. & ita etiam in C. Th. emendādum exiſtimat Ru.*
[o] *C. Th. eo. tit. l. 4. ſed aliter. Cont.*

PRo his quæ ſemel à collatorib. illata, naufragijs perierint, nolumus nobis aliquam cum poſſeſſoribus, ſiue ſenatores ſiue priuati ſint, communionem eſſe, vel aliquid periculi ad eos redundare. Dat. 15. Kalen. Aug. Conſtant. Tatiano & Symmacho Conſſ.

*Cum de naufragio quæritur, ſummatim examinabitur. Bart.*

5. Impp. *Honor. & Theod.* Auguſti nauicularijs per Africam, poſt alia [p].

[p] *C. Th. eo. tit. leg. 6.*

DE ſubmerſis nauibus decernimus, vt leuato velo [q] iſtæ cauſæ cognoſcantur, & ſi quiſquam de talibus negotijs aliquid accepiſſe detegitur: iudex apud quem conſtiterit, his conquerentibus qui nudantur, pro qualitatibus perſonarum multandi, remouendi‖, proſcribendi‖que‖ [r] habeat poteſtatem. Si verò cauſarum talium cognitores libelli datione [s] vel plenaria [t] interpellatione commoniti intra biennium has cauſas audire neglexerint, & hoc fuerit tempus elapſum: pręiudicium noceat catenus cognitori, vt nauiculario propter vitium iudicis abſoluto, mediam oneris eius partem, propter cuius probandam amiſſionem legitimo dumtaxat tempore cognitio petebatur, iudex cogatur inferre: reſiduam vero officium eius exoluat. Dat. 16. Kal. April. Rauen. Honor. IX. & Theod. V. AA. Conſſ.

[q] *i. aperta fore, vt hic interpretatur Cuia.*
[r] *al. deeſt.*
[s] aditione.
[t] *al.* planaria: *quod quidam magis probāt, vt l. 4. S. de dilat.*

6. Ijdem Auguſti.

SVper naufragiorum quæ contigerint caſibus, vſitato more habita quæſtione, ſi quis calculus modiationis [a] dicatur tempeſtate maris deperiſſe: ſub tuæ ſedis auditione nequaquam feratur acceptus: ſed hæc diſpendij iactura, in omne nauclerorum [b] concilium pro rata ſcilicet [c] contingentis muneris deferatur.

[a] *id eſt, modij frumenti. ſic dicitur modiatio hoc loco, et l. 1. j. de annonis ciuili.*
[b] nauclerio-rum
[c] ſed.

## DE METALLARIIS, ET METALLIS, & procuratoribus metallorum, Tit. VI.

1. Impp. *Valent. & Valens* Auguſti ad Creſconium Com. metallorum [d].

[d] *C. Th. eo. tit. l. 3. hunc antē comitē fuiſſe in Illyrico, in notitia Romani imperij cōſtat.*

PERPENSA deliberatione duximus ſanciendum, vt quicumq; metallorum exercitium velit affluere, is labore proprio & ſibi & reipublicæ commoda comparet. Itaq; ſi qui ſponte cōduxerint [e], eos laudabilitas tua octonos ſcrupulos in balluca [f] ‖quæ Græcè χρύσαμμος appellatur,‖ cogat exſoluere. quidquid autem amplius colligere potuerint, fiſco potiſſimum diſtrahant, à quo competentia ex largitionibus noſtris pretia ſuſcipiant. Dat. 4. Id. Decembr. Pariſis, Valentiniano & Valente AA. Coſſ.

[e] confluxerint, *in C. Th.*
[f] *Vide in hūc locum Alcia. in hunc ipſum ti. in annotationibus ad 3. poſt. lib. C.*

2. Ijdem Auguſti ad Germanianum Comi. S.I. [g]

[g] *C. Th. eo. tit. leg. 4.*

OB metallicum canonem, in quo propria conſuetudo retinenda eſt, quatuordecim vncias ballucæ pro ſingulis libris conſtat inferri. Dat. 6. Id. Ian. Romæ, Lupicino & Iouiano Coſſ.

3. Imppp. *Grat. Valent. & Theod.* Auguſti Floro PP. [h]

[h] *C. Theo. eod. tit. l. 10.*

CVncti qui per priuatorum loca ſaxorum venam laborioſis effoſſionibus [i] perſequuntur, decimas fiſco, decimas etiam domino repræſentent: cætero [k] modo‖proprijs‖ [l] ſuis deſiderijs vindicando. Dat. 4. Kal. Septembr. Conſtantinop. Antonio & Syagrio Coſſ.

[i] *al.* effuſionibus.
[k] *al.* certo.
[l] *Abeſt à Co. T. & quib. li.*

*Officiales exigentes metallum, non debent ad aliam dignitatem promoueri, niſi prius illud officium perficiant. Bart.*

4. Ijdem Auguſti.

CVm procuratores metallorum intra Macedoniam, Daciam, mediterraneam Myſiam, ſeu Dardaniam, ſoliti [m] ex curialib⁹ ordinari, per quos ſolennis profligatur exactio, ſimulato hoſtili metu, huic ſe neceſſitati ſubtraxerint, ad implendum munus retrahantur: & nulli [n] deinceps licentia laxetur prius indebitas expetere dignitates, quàm ſubeundam procurationem fideli ſolertique deuotione [o] compleuerint.

[m] *al.* inſoliti.
[n] nullus *al.* nulla.
[o] exactione.

5. Impp. *Valent. Theod. & Arcad.* Auguſti, Romulo Com. S.L. [p].

[p] *C. Th. eo. tit. leg. 12.*

PEr annos ſingulos ſeptem [q] per hominem ſcrupuli largitionibus inferantur ab aurilegulis non ſolum in Pontica diœceſi, verumetiam in Aſiana. Dat. 11. Kal. Mart. Conſtantinop. Arcad. A. II. & Rufino Conſſ.

[q] ſepteni, *legendū ex Co. Theo.*

6 Impp. *Theod. Arcad. & Honor.* Auguſti Paterno [r].

[r] *C. Th. eo tit. leg. 14. confer. multa ſunt enim in fine detracta.*

QVoſdam operta humo eſſe ſaxa dicentes, id agere cognouimus, vt defoſſis in altum cuniculis, alienarum ædium fundamenta labefactent. qua de re ſi quando huiuſmodi marmora ſub ædificijs latere dicantur perquirendi eadem copia denegetur. Dat. 16. Kal. Apr. Conſtantinop. Theod. A. III. & Abundantio Coſſ.

*Adſtricti ad fodiendum metallum, ſi aufugerint ad aliud officium, retrahentur, etiamſi familiares principis fuerint. Bart.*

6. Imp. *Theod.* A. Maximino Com. S.L. [ſ]

[ſ] *C. Theo. eo. tit. l. 15.*

MEtallarij ‖ſiue metallariæ,‖ [t] qui quæve ea regione deſerta ex qua videntur oriundi vel oriundæ, ad externam [u] migrauerint: indubitanter ſine vlla temporis præſcriptione ad propriæ originis ſtirpem laremq; vnà cum ſua ſobole reuocentur, etiam quos domus [x] noſtræ ſecreta [y] retineant. Sciant autem nullum exinde præiudicium fiſco eſſe generādum, etiam ſi quis ex his quem metallicum eſſe conſtiterit, priuatis cenſibus ſuum nomen indiderit [z]. Datum 5. Id. Iul. Conſtantinop. Victore V.C. Conſ.

[t] *Deſunt in C. T. vt poſtea* quæve, & vel oriundæ.
[u] externa, *al.* extraneum.
[x] quod nos damus.
[y] conſecrata, *al.* conſecuta,
[z] indixerit.

DE

## DE [a] MVRILEGVLIS ET GYNÆCIARIIS, & procuratoribus gynæcij, & de Monetarijs, & baſtagarijs,[b]

### Tit. VII.

1. Imp. *Conſtantin.* A. ad Bithynos.

MOnetarios [d] in ſua ſemper conditione durare oportet: nec dignitatis cuiuſcumque priuilegio ab huiuſmodi conditione liberari. Dat. 12. Kal. Aug. Gallicano & Baſſo Conſſ.

2. Idem A. ad Felicem procuratorem rei priuatæ.

BAphij & gynæcij, per quos & priuata noſtra ſubſtantia tenuatur, & ſpecies gynæcij confectæ corrumpuntur, in baphijs etiam admixta temeratio næuum adducit inquinatæ alluuionis: ſuffragijs abſtineant, per quæ memoratas adminiſtrationes adipiſcuntur: vel ſi contra hoc fecerint, gladio feriantur.

3. Impp. *Valentin. & Valens* Auguſti ad Germanum Conſularem.[e]

INgenuæ mulieres, quæ ſe gynæciarijs ſociauerint, ſi conuentæ denuntiatione ſolenni, ſplendorem generis contuberniorum vilitati [f] præferre noluerint, ſuorum maritorum conditione teneantur. Dat. 4. Kal. Iul. Med. Valentiniano & Valente AA. Conſſ.

4. Iidem Auguſti ad Auxonium P.P.[g]

QVod ad præſens remedium pertinet, quintum [h] animal baſtagarijs pro reparatione [i] præbeatur. Dat. Id. Dec. Marcianop. Valentiniano & Valente AA. Conſſ.

5. Imppp. *Valentin. Valens & Gratian.* Auguſti ad Filematium Com. S.L.[k].

QVi aliquẽ ex familijs gynæcij in latebris habere cõperti ſuñt: quinq; librarũ auri dãno ſubijciãtur. Da. 12. Kal. Sept. Ciliciæ, Modeſto & Arintheo Conſſ.

6. Imppp. *Gratian. Valent. & Theo.* Auguſti ad Eucheriũ.[l]

QVi textrini [m] noſtri mancipia occultatione [n] celauerit: ternis libris auri pro ſingulorum hominum ſuppreſſione plectetur. PP. Carthagine, III. Kal. Mart. poſt conſulat. Auxonij & Olybrij.

*Mulier nobilis nubens monetario, ſi poſt proteſtationẽ non recedit, efficitur monetaria. Bart.*

7. Iidem Auguſti ad Heſperium P.P.[o]

EDicimus ne qua mulier ſplendidioris gradus monetarij adhærens conſortio, decus natiuæ libertatis amittat, quod ſi qua [p] ab hac præceptione ſtatutum noſtræ ſerenitatis [q] abduxerit: ea [r] vel legitima admonita conuentione diſcedat, vel ſi cõplexui monetarij putauerit inhærendũ, non ambigat ſe ‖ſibi‖ [ſ] & liberis præiudica turam, & eius conditioni eſſe nectendã. 1 ¶ Si qua verò originaria [t] ſeu colonaria poſſeſſionis alienæ, ignaro domino ſeu ſciente, monetario adſociabitur: hi conuenti mox iuri agrorum debitas perſonas retrahere feſtinent: vel decętero ſciant repetendi facultatem, ſilentij ſui conniuentia perdidiſſe. 2 ¶ Sed vt monetario nullam extraneam necti volumus, ita & ex monetario patre ſuſceptas prohibemus extraneis copulari. Dat. Prid. Idus Mart. Aquil. poſt conſulatum Auxonij & Olybrij.

*Baſtagarijs non licet ad aliam militiam tranſire, niſi illa completa. Bart.*

8. Iidem AAA. Trifolio Com. S.L.[u]

AEternam fiximus legem, ne vnquàm baſtagarijs militiam vel ſuam deſerere liceat, vel aliam antequam eam impleuerint, ſurreptitia [x] impetratione tentare. Dat. 9. Kal. Aug. Heracleæ, Richomere & Clearcho Cõſſ.

9. Iidem AAA. ad Principium P.P.[y]

SI quis nauiculam functioni muricis & legendis conchylijs deputatam auſus fuerit vſurpare, duarum librarum auri illatione teneatur. Dat. 6. Kal. Octob. Aquil. Arc. A. & Bautone Conſſ.

10. Imppp. *Arcad. Honor. & Theod.* AAA. Philometori Com. S.L.[z]

LOtas [a] in poſterum ſericoblattæ [b] & metaxæ [c] huiuſmodi ſpecies inferri præcipimus, viginti librarum auri condemnatione propoſita his, qui ſcrinium canonum tractant, prioribus etiam cuiuſcumque officij, ſi ſtatuta cœleſtia a quoquam paſſi fuerint temerari. Dat. 5. Kalendas Iul. Conſtantinopol. Arcad. A. VI. & Probo Conſſ.

*Murileguli ſi ad aliam dignitatem tranſierint, ad conditionem propriam retrahuntur. Bart.*

11. Impp. *Theod.* A. & *Valent.* Cæſ. Maximo Com. S.L.[d]

MVrileguli, qui derelicto atque deſpecto propriæ conditionis officio, vetitis ſe infulis dignitatum & cingulis penitus denegatis muniſſe dicuntur, ad propriæ artis & originis vincula reuocentur, ab illis autem, qui rebus eorum videntur inhiaſſe, quos in ſua origine permanere, & ſolennibus miniſterijs inſeruire manifeſtum eſt: omnia quæcumque conſtiterit ex quocunque titulo poſſeſſa, antiquis poſſeſſoribus reſtituantur. Quòd ſi alienigenæ detentores [a] oneribus conditionis extraneæ maluerint ſubiacere, quàm reſtituere facultates: & futura deinceps agnoſcant munera [b] ſibi eſſe ſubeunda: & de præterito ſi qua ipſis poſſidentibus reliqua colliguntur, à ſemetipſis ſciant ſine aliqua excuſatione ſoluenda. Dat. 17. Kal. Nouemb. Conſtantinop. Victore Coſ.

12. Idem A. & Cæſ. Maximino Com. S.L.[c]

HI, qui ex filiabus murilegulorum & alienæ [d], originis patribus ſunt vel fuerint procreati, iura maternæ conditionis agnoſcant. Dat. 9. Kal. Iun. Theod. A. XI. & Valentiniano Cæſ. Conſſ.

*Homines adſcripti conditionib. huius tituli, non poſſunt liberari etiam ex reſcripto principis: niſi dato ſubſtituto, qui ſolenniter approbetur. Bart.*

13. Impp. *Theodoſ. & Valent.* AA. Acacio Com. S.L.[e]

SI quis ex corpore gynæciariorum, vel lintcariorum, vel lymphariorum [f], monetariorum vel murilegulorum, vel aliorum ſimilium ad diuinas largitiones nexu ſanguinis pertinentium, voluerit poſthac de ſuo collegio liberari: non quoſcunque nec facilè in locum proprium, freti dextræ triumphalis abſolutione, ſubſtituant: ſed eos quos omnibus idoneos modis ſub ipſis quodammodo ampliſſimæ tuæ ſedis obtutibus approbauerint: ita tamen, vt is qui ab huiuſmodi conditione iuxta formam cœlitus datam beneficio principali fuerit abſolutus, vniuerſi [g] generis ſui proſapiam in functione memorati corporis permanentem, cum omnibus eius qui abſoluitur rebus obnoxiam largitionibus ſacris futuram eſſe non dubitet. Dat. 7. K. Mart. Conſtantin. DD. NN. Theod. XII. & Valentiniano II. AA. Conſſ.

14. Iidem AA.[h]

PRiuatæ vel lintcariæ [i] veſtis magiſtri, theſaurorum præpoſiti, vel baphiorum ac textrinorum procuratores, cæteriq; quibus huiuſmodi ſolicitudo committitur: non antè ad rem ſacri ærarij procurandam permittantur accedere, quàm ſatiſdationibus dignis eorum adminiſtratio roboretur: ſcituri nec proſecutorias quidem ſacras poſthac ſibimet poſtulandas.

*Partus ſequitur conditionem illius ex parentib. qui fuerit in conchylijs. Bart.*

15. Iidem AA.[k]

QVi [l] aut patre conchylilegulo [m] geniti probabuntur, aut matre, memoratę adſcriptioni obnoxios ſe eſſe non ambigant.[n] Dat. 10. Cal. Apr. CP. Hierio & Ardaburo Conſſ.

16.

NEquis, vt fit, publicis corporibus adſcribatur niſi vrgente neceſſitate, vel niſi ſit ex eo genere & tam arte quàm ætate habilis atque idoneus, actis apud præſidem prouinciæ factis, & eſſe illum idoneum corpore deponente, rurſusque geſtis ad nos delatis, vt confirmentur diuino oraculo noſtro vice probatoria. Qui verò hæc non ſeruauerit, neque ſolatia inde vlla percipiet, nec vllum cum collegio commercium habebit, ſed grauiſſimè coercitus exilio perpetuo damnabitur extra prouinciam, eiſdem pœnis ſubijcitur qui ei opem tulerit hac in re, & maximè præpoſitus.

## DE VESTIBVS HOLOBERIS [o] ET auratis, & de intinctione ſacri muricis,[p]

### Tit. VIII.

1. Imppp. *Valentinian. Valens & Grat.* AAA. Archelao Com. S.L.

AVRATAS [q] ac ſericas paragaudas auro intextas viriles [r] priuatis vſibus contexere [ſ] conficereque prohibemus: & in gynæciarijs [t] tantùm [u] noſtris fieri præcipimus. Dat. 5. Non. Iul. Nebiodumi. Acc. XV. Cal. Auguſt. Martianop. Valentiniano N.P. & Victore Conſſ.

2. Imppp. *Gratian. Valent. & Theod.* AAA. Floro P.P.

NEmo [x] ‖vir‖ [y] auratas habeat aut in tunicis aut in lineis paragaudas: ‖niſi hi tantummodo, quib⁹ hoc propter imperiale miniſterium conceſſum [z] eſt.‖

Oo

---

[a] *Ecl. lib. 54. tit. 16.*
[b] Et de veſtiarijs. *additur in quibuſdam libris. Vide in hunc tit. Alciatum.*
[c] *C. Theodoſ. lib. 10. ti. 20. l. 1. Eſt autem* γυναικεῖον *locus vbi matresfa. cum lanificis ſedẽt. à* γυνὴ, *mulier, &* οἰκῶ, *habito.*
[d] *Monetarij ſunt, qui monetam cudũt.*
[e] *C. T. eod. ti. l. 3.*
[f] vtilitati.
[g] *C. Th. eo. ti. l. 4.*
[h] decimum, *in C. Th.*
[i] reprobatione *al.* reportatione.
[k] *C. T. tit. 20. 2. & 7.*
[l] *C. T. e. t. l. 9.*
[m] piſtrini, *ſed male.*
[n] occupatione.
[o] *C. T. e. t. l. 10.*
[p] ſi quam.
[q] perenitatis.
[r] *Deſunt hic quædam è Co. T. detracta.*
[ſ] *Abeſt à C. Theod.*
[t] originalia, *in C. T. et qui. lib. ſed rectior videtur excuſa lectio.*
[u] *C. T. eo. l. 11.*
[x] ſubreptiuã, *in C. T. ex quo multa detrac. ſunt al.* ſubreptiua.
[y] *C. Th. eod. tit. l. 12.*
[z] *C. Th. eo. ti. l. 13.*
[a] Notas, *legit Alcia. hic.*
[b] ſericablattæ, *in C. T. quidam malunt* ſericobaptæ. *Cont.*
[c] mataxæ, *in C. T.*
[d] *C. T. eod. tit. l. 14.*

[a] detentatore, *in C. T.*
[b] munia.
[c] *C. Th. eo. ti. l. 15.*
[d] alienigenæ.
[e] *C. Th. eod. ti. l. 16. oſtendit autẽ notitia Rom. imperij eos omnes qui in hac lege enumerantur, fuiſſe ſub diſpoſitione comitis ſacrarũ largitionum.*
[f] Linifariorũ, *ex C. Th. emendat Cuia. Lintearij ſunt artifices linteæ veſtis: Linifarij, linifices. in quib. deeſt.*
[g] vniuerſam.
[h] *Additur in quibuſd.* * Com. S.L.
[i] linteæ.
[k] *Cod. Th. eo. ti. l. 17. ex qua hic adijciendum:* Valerio Com. S.L.
[l] *Hæc lex correcta eſt per Nouel. 38.*
[m] conchylio legulo, *in C. T. al.* conchylijlegulo.
[n] ambigent.
[o] Holoberis, *id eſt totis ſericis.* ὅλους *enim Zonaras eſſe ait veſtes ſericas. Vide hic Alciatũ.*
[p] ſiue ſacræ veſtis. *al.* tinctione.
[q] *C. T. eod. ti. l. 1.*
[r] *Additur,* muliebres, *in C. T ſed hoc detractũ eſt, quia eas matronis indulgebat Iuſtinianus.*
[ſ] intexere.
[t] gynęceis.
[u] tantummodo.
[x] *C. Th. eo. ti. l. 2.*
[y] *Abeſt à C. Th.*
[z] *Incluſa deſunt in C. Th.*

non enim leui animaduerſione plectetur quiſq; vetito ſe & in debito non abdicauerit indumento.[a] Dat. 4. Ka. Apr. Conſtantinop. Antonio & Syagrio Conſſ.

*Non debent lanæ vel panni tingi aliquo colore ſimili colori muricis. Bart.*

3. Imppp. *Theod. Arcad. & Honor.* Auguſti.

VEllera adulterino colore fucata[b], in ſpeciem ſacri muricis intingere[c] non ſinimus: nec tinctum cum Rhodino prius ſerico[d], alio poſtea colore fucari: cùm de albo omnium colorum tingendi copia non negetur: nam capitalem pœnam illicita tentantes ſuſcipient.

4. Imp. *Theod.* A. Maximo Com. S. L.[e]

TEmperent vniuerſi, cuiuſcunque[f] ſint ſexus, dignitatis, artis, poſſeſſionis & generis ab huiuſmodi ſpeciei poſſeſſione, quæ ſoli principi eiúſque domui dedicatur: nec pallia tunicáſq; domi quis ſericas[g] contexat, aut faciat. Quę tincta conchylio, quę nullius alterius per mixtione contexta ſunt: proferantur ex ædibus, tradanturque tunicæ aut pallia ex omni parte texturæ cruore infecta conchylij. Nulla ſtamina ſubtexantur tincta cōchylio, nec eiuſdem infectionis arguto pectine[h] ſolidanda fila decurrant: reddenda ærario holobera[i] veſtimenta virilia protinus offerantur. Nec eſt vt quiſquam de abiurato pretio conqueratur: quia ſufficit calcatæ legis impunitas.[k] Ne quis verò nunc huiuſmodi ſuppreſſione in laqueos nouæ conſtitutionis incurrat: alioqui ad ſimilitudinem læſæ maieſtatis periculum ſuſtinebit. Datum 17. Kalendas Februarias Conſtantinopoli, Victore V. C. Conſ.

5. Impp. *Theod. & Valent.* Auguſti Apollonio comiti ſacrarum largitionum.[l]

PVrpuræ nundinas, licèt innumeris ſint conſtitutionibus prohibitæ, recenti quoque interminatione vetamus: & ideo ſeptimū de ſcrinio exceptorū, ſextum de ſcrinio canonum, quintum de ſcrinio tabulariorum[m] ad baphia Phœnices per certum tempus mitti præcipimus, vt omnis fraus eorum prohibeatur ſolertia, timentium ne quæſitis longo[n] ſudore ſtipendijs careant: etiam viginti librarum auri condemnatione propoſita, Dat. 8. Id. Mart. Conſtantinop. Iſidoro & Senatore Conſſ.

## DE [o] FABRICENSIBVS, Tit. IX.

1. Imppp. *Valentin. Theod. & Arcad.* Auguſti Tatiano P. P.[p]

OMNIBVS fabricis non pecunias pro ſpeciebus, ſed ipſas ſpecies ſine dilatione inferri[q] præcipimus: vt venerabilis[r], & quæ facilè deducatur[ſ] ignibus ſeu liqueſcat ferri materies præbeatur: quo promptius adempta fraudibus facultate, commodo publico conſulatur. Dat. 15. Kal. Nouem. Theod. A. II. & Cynegio Conſſ.

*Primicerius fabricenſis per biennium habet vacationem à muneribus. Bart.*

2. Iidem Auguſti Rufino magiſtro officiorum.[t]

PRimicerium[u] fabricæ poſt biennium non ſolùm vacatione, verumetiam honore donari præcipimus: ita, vt inter protectores ‖ eiuſdē fabricæ per biennium[x] ‖ adoraturus æternitatem noſtram ſuo quiſque tempore dirigatur. Dat. 8. Id. Mart. Med. Valentiniano A. IIII. & Neotherio Conſſ.

*Fabricenſibus tyronibus ſtigmata brachijs infliguntur. Bart.*

3. Impp. *Arcad. & Honor.* AA. Oſio magiſtro officiorum.[y]

STigmata, hoc eſt nota publica, fabricenſium brachijs ad imitationem tyronum[z] infligantur, vt hoc ſaltem modo poſſint latitantes agnoſci: his qui eos ſuſceperint, vel eorū liberis[a] ſine dubio fabricæ vindicandis[b], & qui ſubreptione quadam declinandi operis, ad publicæ cuiuſlibet ſacramenta militiæ[c] tranſierint. Dat. 18. Kal. Ianuar. Conſtantin. Honorio A. IIII. & Eutychiano Conſſ.

4. Impp. *Honor. & Theodoſ.* AA. Anthemio P. P.[d]

SI quis conſortium fabricenſium crediderit eligendū in ea vrbe in qua natus eſt, vel in qua domicilium collocauit: his quorum intereſt conuocatis, prius acta conficiat, ſeſéque[a] doceat non auo, non patre curiali progenitum: nihil ordini ciuitatis debere: nulli ſe ciui commanere[b] obnoxium. atque ita demum geſtis confectis vel apud moderatorem prouinciæ, vel, ſi is abſit, apud defenſorem ciuitatis, ad militiam quam optauerit, ſuſcipiatur, ſi abſque hac cautione[c] quiſpiam ad fabricenſium conſortium obrepſerit[d], ſciat ſe ad ordinis cui debetur, patriæque ſuæ[e] munera eſſe deducendum:[f] ita vt nulla eum nec temporis nec ſtipendiorum prærogatiua defendat. Dat. 15. Kal. Iun. Conſtantinop. Honorio VIIII. & Theo. V. AA. Conſſ.

5. Impp. *Theod. & Valent.* AA.[g]

IVre prouiſum eſt fabricenſes artibus proprijs inſeruire: vt exhauſtis[h] laboribus immorentur[i] cum ſobole profeſſioni cui nati ſunt. Denique quod ab vno committitur, id totius delinquitur periculo numeri: vt conſtricti nominationibus ſuis, ſociorum actibus quandam ſpeculam gerant, & vnius damnum ad omnium tranſit[k] diſpendium. vniuerſi itaque veluti in corpore vnius formæ[l], vnius decoctionis[m] ſi ita res tulerit[n], reſpondere cogentur.

6. Impp. *Leo & Anthemius* AA. Euſemio[o] mag. off.

EOs qui inter fabricenſes ſacræ fabricæ ſociati ſunt, vel eorum vxores, aut filios qui itidem inter fabricēſes militare dicuntur: non alibi pulſare volentibus reſpondere præcipimus, niſi in iudicio tuæ ſublimitatis, ad cuius iuriſdictionem poteſtatémque pertinent: nec eos poſt ſtipendiorum finem & militiæ, ſuper ciuilibus vel curialibus muneribus, quibus nullo modo ſubiacere monſtrantur, à viris clariſſimis rectorib⁹ prouinciarum, vel eorum officijs præter licitum inquietari.

*Prohibet fabricenſes aliquam adminiſtrationem vel agriculturam adſumere. Bart.*

7. Imp. *Anaſtaſius* A. Euſemio magiſt. off.

NVllus fabricenſium conductioni vel adminiſtrationi, vel agriculturæ alienarum rerum ſe poſthac immiſcere conetur: dominis quidem, ſi ‖ qui ‖ contra hæc ſtatuta meę pietatis venire auſi fuerint, res vel prædia quæ ſcientes quòd fabricenſes ſunt, ijſdem fabricenſibus miniſtranda commiſerint, amiſſuris: fabricenſibus verò grauiſſimè coercitis[p] poſt facultatum ſuarum amiſſionem, perpetui exilij pœna & animaduerſione retinendis. Quotiens ſanè in tranſlatione armorum angariæ[q] neceſſariæ fuerint, ſublimitas tua literas ad eminentiſſimā iubeat dirigi præfecturam: & numerum ei armorum, & ex quo loco transferenda ſunt, indicare: vt continuò ſuper præbendis angarijs pro numero eorum quæ transferuntur armorum, præceptione ſua viros clariſſimos moderatores prouinciæ conueniat[r]: vt ſecundum miſſam à ſublimitate tua notitiam, naues vel angariæ confeſtim de publico præbeantur. Quod ſi aliqua tarditas vel negligentia poſt datas à ſublimitate tua ad eminentiſſimam præfecturam literas, in deſtinandis auctoritatibus[ſ] ampliſſimæ tuæ ſedis interceſſerit, & ex hoc armorum tranſuectio fuerit impedita: ‖ in[t] ‖ quinquaginta libras[u] auri tam numerarium pro tempore officij eiuſdem ampliſſimæ ſedis, quam alios quorum intereſt, condemnari præcipimus: eámq; auri quantitatem protinus exactam fiſci iuribus aggregari: multa præterea triginta librarum auri propoſita tam viris clariſſimis qui prouincias regunt, quàm eorum apparitoribus[x], ſi conniuentibus his armorum ſubuectio tarditate aliqua fuerit præpedita.[y]

## DE [z] VETERIS NVMISMATIS poteſtate, Tit. X.

1. Impp. *Valentinianus & Val.* AA.[a] Germano P. P.

SOLIDOS[b] veterum principum veneratione formatos, ita tradi ac ſuſcipi ab ementibus & diſtrahentibus iubemus, vt nihil omnino refragationis oriatur, modo, vt debiti ponderis ſint, & ſpeciei probæ: ſcituris vniuerſis, qui aliter fecerint, haud leuiter in ſe vindicandum.

2 Iidem

---

[a] indutu. [b] *Id eſt, tincta. quidā legunt*, fuſcata, *ſed malè.* [c] tingere. [d] ſericum, *in quib. manuſ.* [e] *C.T.* 10. 21. 3. [f] qui cuiuſcunque, *in C. Th.* [g] ſerica, *in C. Th.* [h] *Virgilius: Arguto coniūx percurrit pectine telas.* [i] holouera, *C.T. id eſt holoſerica.* [k] *Quædam detracta ſunt è C.T.* [l] *Ex lib.* 10. *ti.* 20. *l. vlt. C.T. ſed multa hic ſunt immutata.* [m] *Alc. hîc legit:* de ſcrinio veſtiarij ad baphias Phœnices. *Addit Haloander,* quartum de ſcrinio veſtiariorum: *quod abeſt à veteribus lib. & C.T.* [n] multo, *in C.T.* [o] *Ecl. lib.* 57. *tit.* 9. [p] *C.T.* 10. 22. 2. [q] *Additur in C.T.* in perpetuum ſeruanda hac forma. [r] venæ nobilis, *in veter. lib. manuſ. vt Caſſiodorus: Seculis ſuis producit nobilis vena primarios. in C. Th.* venæ nobiles. [ſ] reducatur. [t] *Scripta eſt ad magiſtrū officiorum, vt.* 3. 6. 7. *quia ſub eius diſpoſitione fuerūt fabricæ & fabricenſes. Cuiac. hic.*

[u] *C.T. eod. tit. l.* 3. [x] *Incluſa deſunt in C. Th. & veter. quib. lib.* [y] *C. Th. eod. tit. l.* 4. [z] *Vegetius: Punctis ſignorum ſcribendus tyro.* [a] liberos, *in C. Th.* [b] *al.* iudicandis. [c] *Hinc conſtat quandam eſſe fabricenſium militiam.* [d] *C.T. eod. tit. l.* 6.

[a] ſeſe doceat, *in C.T.* [b] ciuico muneri, *in C. Th. & lib. Aured. & Dionyſ.* [c] curatione. [d] oppreſſerit, *al.* appreſſerit. [e] ſua. [f] reuocandum, *in C. T.* [g] *Ex Nou. Th. & Valen. in qua additur:* Aureliano C. R. P. *vt emendat Pithœus.* [h] exhauſti, *in Nou. T.* [i] immoriantur, *in No. T.* [k] tranſeat, *in Nou. T.* [l] vniformi viſus, *in No T.* [m] cognitionis, *emendāt quidam.* [n] retulerit. [o] Euſinio *al.* Euſenio. [p] coercendis. [q] *Angariæ, ſunt præſtationes prouinciæ lib. militibúſque onerū vehendorum bæiulādorúmve cauſa impoſita: id eſt iumētorū vel plauſtrorum præſtationes.* [r] conueniāt. [ſ] auctoribus. [t] *al. deeſt.* [u] libris. [x] apparitionibus. [y] impedita. [z] *Eclo. lib.* 54. *tit.* 18. [a] *al.* Conſtantinus A. [b] *Similis eſt conſtitutio in C. Th. l. ſi quis ſoli. circul. exter.*

2. Iidem AA. ad Iulianum P.P.

PRo immiunutione [a] quæ in æſtimatione ſolidi fortè tractatur, omnium quoque pretia ſpecierum decreſcere oportet.

[a] minution.

*Omnes aurei debent capi æquali æſtimatione, & contra faciens grauiſsimè punitur. Bart.*

3. Imppp. *Gratianus. Valentianus & Theodoſius* Auguſti.

VNiuerſos auctoritas tua propoſito edicto commoneat obryzatorum [b] omnium ſolidorum vniforme pretium poſtulare: capitali ſcilicet ſupplicio puniendo, qui vel iuſſa noſtræ maieſtatis [c] auaritiæ cæcitate contempſerit, vel æternales vultus, dum fraudibus ſtudet, duxerit violare. [d]

[b] *Qui ex auro optimo & puriſsimo conflati ſunt, Pli. ſcribit obryzũ aurũ vocari, quod cũ igne probatur, ſimili calore, quo ignis rubet. eorum antẽ fit mentio in l. vni. j. de obla. vot.*
[c] *al.* ſerenitatis.
[d] viliores, *in quib. li. manu. quod magis probat Cuiacius ex libr.* βασιλικῶν.

## NVLLI LICERE IN FRENIS ET EQVEſtribus ſellis & in balteis margaritas & Smaragdos & hyacinthos aptare, & de artificibus palatinis,

### Tit. XI.

1. Imp. *Leo* A. Leontico.

NVLLI prorſus liceat in frenis & equeſtribus ſellis, vel in balteis ſuis margaritas & ſmaragdos & hyacinthos aptare poſthac, vel inſerere. alijs autem gemmis frena & equeſtres ſellas & balteos ſuos priuatos exornare permittimus: de cucurnijs [e] vero omnẽ prorſus qualiumcunque gemmarum habitum [f] præcipimus ſubmoueri. fibulis quoque in chlamydibus his vtantur, quæ ſolo auro & arte pretioſæ ſunt. Si quis autem contra interdictum pietatis meæ fecerit: ſciat ſe continuo quinquaginta libris auri eſſe multandum. Nulli præterea priuatorum liceat (exceptis ſcilicet ornamentis matronalibus, & tam muliebrium quam virilium annulorum habitu) aliquid ex auro & gemmis, quod ad cultum & ornamentum imperatorium [g] pertinet, facere: neque illud ſub [h] hoc colore & prætextu præparare, quod [i] velit clementiæ principali velut aliquod munus offerre. pietas enim mea huiuſmodi dona non expetit, neque regium ‖ſibi‖ offerri a priuatis cultum requirit. Sanè ſi quis poſthac aliquid contra vetitum huiuſmodi ſanctionis effecerit, & offerenda clementiæ meæ ornamenta quæ vſibus regijs deputata ſunt, auro gemmiſque decorata, auſus fuerit præparare: centum librarum auri condemnatione ſciat ſe eſſe feriendum: capitali quoque ſubdendum eſſe ſupplicio. Ornamenta enim regia intra aulam meam fieri ‖à palatinis‖ artificibus debent: non paſſim in priuatis domibus vel officinis [k] parari. Vnde ſumma ſeueritate ſancimus, vt quod in cultu ornatúque [l] noſtro ſacrum & adoptabile [m] eſt, id facere temeritas priuata non audeat. Si quis ſanè contra vetitum tranquillitatis meæ aliquid fecerit, definitam ſuperius multam ab his per officia [n] palatinorum exigi, & ſacris largitionibus noſtris iubemus inferri.

[e] *al.* curcumis *Azo, qui ait eſſe eam partem freni equini, quæ ori equi imponitur & vulgo morſus equi appellatur. Cuiacius tamen magis probat* cucurnijs.
[f] ambitum.
[g] ornatũ Imperatorum.
[h] ſuper.
[i] qui.
[k] officijs. *quod magis probat Cuiac.*
[l] ornamentóque.
[m] optabile.
[n] *Ideſt, officiales Comitis ſacrarum largitionum.*

## DE CLASSICIS,

### Tit. XII.

1. Impp. *Valentinian. & Valens* Auguſti Auxonio P.P. [o]

[o] *C.T. eod. tit. l.* 1.

CLASSEM Seleucenam aliáſque vniuerſas ad officium quod magnitudini tuæ obſequitur, volumus pertinere: vt claſſicorum numerus ex incenſitis, vel accreſcentibus compleatur: & Seleucena ad auxilium purgandi Orientis, aliáſque neceſſitates comiti Orientis deputetur. Datum Indictione XII.

## DE DECVRIALIBVS [p] VRbis Romæ,

[p] *al.* Curialibus, *in C. Th.* Decurijs.

### Tit. XIII.

1. Imppp. *Valentinianus, Theodoſius, & Arcadius* AAA. ad Trifolium P. P. [q]

[q] *C. T. lib.* 14. *titul.* 1. *l.* 3. §. *ſi quis.*

SIquis decurialem de auferendis priuilegijs pulſauerit lite pulſandum, intelligat ſe curiæ [a] interpellare debere iudicem. Dat. 14. Kal. Febr. Med. Timaſio & Promoto Coſſ.

2. Imppp. *Arcad. Honor. & Theodoſ.* AAA. Exuperantio, Iulio, & cæteris decurialibus [b]:

LEges decuriales tam à ſuperiorib. principibus, quàm à diuo parente [c] noſtro conditas, noſtra auctoritate firmamus. Singulos itaque iudices ſcire volumus, ne quis huic collegio iniurijs corporalibus tentet notam atterere, neque ab his commodis quæ rationibus approbantur, audeat ſeparare. huic enim collegio volumus antiquam priuilegiorum prærogatiuam ſeruari. Dat. 8. Id. Iul. Romæ, Honorio A. VI. & Ariſteneto Conſſ.

[a] decuriæ, *in C. T. & quibuſ. manuſ. erant autem decuriarum vrbis Romæ indices, qui etiam à Caſsiodoro rectores appellantur.*
[b] *C.T.* 14. 1. 4.
[c] *al.* patre.

## DE PRIVILEGIIS CORporatorum [d] vrbis Romæ,

[d] *Corporati, ſunt vſibus & neceſsitatibus populi Romani deſtinati, ſic dicti, tanquam ex corpore ciuitatis vel collegij, de ijs autem ſequentibus titulis ſingulatim tractatur.*

### Tit. XIIII.

*Incolæ vrbis Romæ gaudent priuilegijs ciuium. Bart.*

1. Impp. *Honorius & Theodoſ.* AA. ad Alypium P.V.

NVLLI ſit [e] liberum, nulli permiſſum, vt nouum aliquid vrbis incolæ in vrbe ſuſtineant: ſed in honorem æternæ vrbis corporatis indulta ſuffragia valere præcipimus. Cura autem rectorũ prouinciarum, corporati vrbis Romæ, qui in peregrina tranſgreſſi ſunt, redire cogantur: vt ſeruire poſſint functionibus quas impoſuit antiqua ſolennitas. Dat. prid. Id. Iul. Aquil. Tatiano & Symmacho Conſſ.

[e] *Hæc conſtitutio ex 2. 3. et 4. conſtitu. cõflata eſt, quæ extant in C.T. lib. 4. ti. 2. quare ex eo loco pete inſcriptiones, & conſules. commodè enim hic reponi non poterant, niſi hæc cõſtitutio rurſus diſſoluta fuiſſet in tres illas conſtitu.*

## DE PISTORIBVS,

### Tit. XV.

1. Imp. *Leo* A. Viuiano.

QVICVNQVE ex mancipijs [f] comitis horreorum, dignitatem & officium vel ambitione, vel gratia, vel pecunia, ſeu quolibet alio [g] modo poſthac fuerit adſecutus: exutus dignitate, quã contra interdictum noſtræ ſerenitatis adeptus eſt, mulctatus etiam viginti libris auri, ad antiquum [h] denuo conſortium collegiúmque reuocetur: omne etiam ſpeciale beneficium, quocunque modo contra hanc ſanctionem fuerit impetratum, penitus conquieſcat.

[f] mancipib⁹ *in lib. Aured. & al. vet. vide hic Cuiac.*
[g] quoquo modo.
[h] mancipũ, *& rectè, vt etiam conſtat, ex l.* 18. *C. Th. eo. tit. vbi piſtores mancipes appellantur, & eorum mancipatus ſit mentio.*

## DE SVARIIS, ET SVSCEPTOribus vini [i], ‖& ceteris corporatis [k], ‖

[i] *Suſceptores vini caupones vocat.*
[k] *Deſunt in pleriſq; lib.*

### Tit. XVI.

1. Imppp. *Valentin. Theod. & Arcad.* AAA. ad Albinum P.V. [l]

[l] *C.T.* 14. 4. 6. *ſed vide, multa enim hic detracta ſunt.*

PORCINARII vrbis æternæ, cum peruigilem laborem populi Romani commodis exhibeant: ſordidis ſemper muneribus liberentur. Dat. 8. Kal. Septemb. Romæ, Timaſio & Promoto Conſſ.

2. Impp. *Arcad. & Honor.* Auguſti, Florentio P.P. [m]

[m] *al.* Hilario P.V. *vt C. Th.* 14. 4. 8. *vnde ſumpta eſt hæc cõſtitutio.*

QVicunque ex corporibus [n] ſuariorum, ſiue excipiendæ neceſſitate litis adſtrictus, ſiue inferendæ voluntate ſpontanea prouocatus, iudicium voluerit experiri: fori vrbani auditorium [o] præſtoletur. Dat. 18. Kal. Feb. Romæ, Baſſo & Philippo Conſſ.

[n] *al.* corporalibus.
[o] adiutorium.

## DE COLLEGIATIS, ET chartopratis [p], & nummularijs,

[p] *Vide Alc. li. 1. prætermiſ. Budæũ in annot. poſterior. ad Pandec. & Pyrrhum hic.*

### Tit. XVII.

*Qui intrat vnum collegium, & munera ad quæ ordinatus eſt, non exercet: non effugit munera alterius collegij de quo exiuit.*

1. Impp. *Theod. & Valentinianus*, Auguſti Cyro P.V.

QVI ‖ſub [q] ‖ prætextu decanorũ ſeu collegiatorum, cum id munus nõ impleant, alijs ſe muneribus conantur ſubtrahere: eorũ fraudibus credimus eſſe obuiandum: ne quis ſub ſpecie muneris quod minùs exequitur, alterius muneris oneri-

[q] *Iam ſemel poſita fuit hæc l. ſub tit. de ſacroſ. eccl. l. qui ſub prætextu.*

bus releuetur: ne argentariorum vel nummulariorum munera declinentur ab his qui dici tantummodo collegiati vel decani feſtinant. Ideoq; ſi quis eorum ſub nudæ appellationis velamine collegiatum ſe vel decanum appellat: ſciat pro ſe alium ſubrogandum, qui prędicto muneri ſufficiens approbetur: ſubrogatione videlicet [a] memoratorum, vel eorum qui moriuntur, primatum eius [b] qui ſubrogatur, admiſſa [c] iudicio. 1 ¶ Quod autem ſupra numerum qui in cautis [d] breuibus continetur, nemo ſe quolibet patrocinio, vel cuiuſlibet adſumpta potentia debeat excuſare, hoc noſtræ ſerenitatis cenſere, & tuæ ſublimitatis, tuique officij cautiùs obſeruare. Hoc inter omnes æqua lance ſeruari præcipimus: nullo diuinæ domus patrocinio, nulla ſacroſanctarum eccleſiarum reuerentia, nullo qualibet vel cuiſlibet potentia ſe excuſante. Sed ne tantùm circa munera releuanda ſupplicibus conſuluiſſe noſcamur: illud etiam dicendum [e] obſeruandumque eſſe cenſemus, vt chartæ venditio, quæ de prouincijs ad corporatos ſupplicum per innouationem [f] tranſlata eſt, primæ conſtitutionis terminis concludatur: hoc eſt; quod in initio diſpoſitionis conſtitutum eſt [g], id in poſterum nulla addita [h] nouatione ſeruetur.

[a] vbi videlicet.
[b] ei, qui.
[c] admiſſo.
[d] encautis emendat Cuia. Encauta verò, ſiue encautaria dicuntur monumenta ciuitatis ſiue charta publica. l. 8. ȷ̄. de agrico. cenſ. & colo.
[e] edicendum.
[f] innocationem.
[g] conſtitutũ vel præceptũ eſt.
[h] adita.

## DE STVDIIS LIBERALIBVS VRBIS Romæ, & Conſtantinopolitanæ,

### Tit. XVIII.

1. Impp. *Theodoſius & Valentin.* Auguſti P.V. [i]

VNIVERSOS qui vſurpantes ſibi nomina magiſtrorum, in publicis magiſtrationibus celluliſque collectos vndecunq; diſcipulos circunferre conſueuerunt, ab oſtentatione vulgari præcipimus amoueri: ita vt ſi quis [k] eorum poſt emiſſos diuinę ſanctionis affatus, quæ prohibemus, atque damnamus, iterum fortè tentauerit, non ſolùm eius quam meretur infamiæ notam ſubeat, verùm etiam pellendum ſe ex ipſa vbi verſatur illicitè vrbe cognoſcat. Illos verò qui intra plurimorum domos eadem exercere priuatim ſtudia conſueuerunt, ſi ipſis tantummodo diſcipulis vacare maluerint, quos intra parietes domeſticos docent, nulla huiuſmodi interminatione prohibemus. Sin autẽ ex eorum numero fuerint, qui videntur intra Capitolij auditorium conſtituti: hi omnibus modis priuatarum ædium ſtudia ſibi interdicta eſſe cognoſcant: ſcituri, quòd ſi aduerſus cæleſtia ſtatuta facientes deprehenſi fuerint, nil penitus ex illis priuilegijs conſequantur, quæ his, qui in Capitolio tantummodo docere præcepti ſunt, meritò deferuntur. Habeat [l] igitur auditorium ſpecialiter noſtrũ in his primum, quos Romanæ eloquentię doctrina commendat, oratores quidem tres numero, grammaticos [m] verò decem. In his etiam qui facundia grauitatis [n] pollere noſcuntur, quinque numero ſint ſophiſtę, & grammatici æquè decem. Et quoniam non his artibus tantùm adoleſcentiam glorioſam optamus inſtitui: profundioris [o] quoque ſcientiæ atque doctrinæ memoratis magiſtris ſociamus auctores. Vnum igitur adiungi cæteris volumus, qui philoſophiæ arcana rimetur. duos quoque qui iuris ac legum voluntates [p] pandant: ita vt vnicuique loca ſpecialiter deputata adſignari faciat tua ſublimitas: ne diſcipuli ſibi inuicem poſſint obſtrepere vel magiſtri: néve linguarum confuſio permixta, vel vocum, aures quorundam aut mentes à ſtudio literarum auertat. Dat. 3. Kal. Mart. Conſtantinop. Theodoſio A. XI. & Valentiniano Coſſ.

[i] C.T. eo. t. l. 3.
[k] qui, *in C.T.*
[l] *al.* Habeat.
[m] *al.* grammatici.
[n] græcitatis *in Cod. Th. al.* græcanitatis.
[o] profundiores, *in C.T.*
[p] formulas, *in C.T.*

## DE HONORATORVM vehiculis,

### Tit. XIX.

1. Imppp. *Grat. Valent. & Theod.* Auguſti, Nebridio P.V. [q]

OMNES honorati [r], ſeu ciuilium ſeu militariũ, [s] vehiculis dignitatis ſuæ, id eſt carrucis [t], intra vrbem ſacratiſſimi nominis ſemper vtantur. Dat. 3. Kal. Feb. Conſtant. Hono. N.P. & Euodio Conſſ.

[q] *C.T. l. 14. ti. 12. l. 1.*
[r] *al.* decorati.
[s] militarium dignitatum, *in C.T.*
[t] biiugis, *additur in C.T.*

## DE PRIVILEGIIS VRBIS Conſtantinopolitanæ,

### Tit. XX.

1. Impp. *Honor. & Theod.* Auguſti [a].

VRBS Conſtantinopolitana non ſolùm iuris Italici [b], ſed etiam ipſius Romæ veteris prærogatiua lætetur.

[a] *Pars l. 6. de ſacroſanct. eccleſ.*
[b] *Quod in duxerant Valentinianus, Valens, & Gratian. l. 1. C. Th. li. 14. tit. 13. de iure Italicò vrbis Conſtantinopolitanæ. Cont.*

## DE METROPOLI BERYTO,

### Tit. XXI.

*In eadem prouincia poſſunt eſſe duæ matrices ciuitates. Bart.*

1. Impp. *Theodoſ. & Valentinianus,* Auguſti.

PROPTER multas iuſtáſque cauſas metropolitano nomine ac dignitate ciuitatem [c] Berytum decernimus exornandam, iam ſuis virtutibus coronatam. Igitur hæc quoque metropolitanam habeat dignitatem. Tyro nihil de iure ſuo derogetur. Sit illa mater prouinciæ maiorum noſtrorum [d] beneficio: hæc noſtro. & vtraque dignitate ſimili perfruatur.

[c] *al. deeſt.*
[d] *i. Traiani: à quo id Paulus Tyrius orator primus impetrauit, auctore Suid. v. Alci. li. 4. parergon, cap. 15.*

## DE CANONE FRVMENTARIO vrbis Romæ,

### Tit. XXII.

*Nauta debet confiteri ſe recepiſſe ſpecies incorruptas. Bart.*

1. Imppp. *Valentinianus, Valens & Grat.* Auguſti, ad Iulianum PF. annonæ. [e]

NAVTICI [f] apud præſidum [g] aut magiſtratuũ acta confiteantur incorruptas ſpecies ſuſcepiſſe, eorúmque apud quos deponitur iſta teſtatio, præſens aſpectus probet nihil in his eſſe vitij, quod eo tempore quo ad ſacræ vrbis portum peruenit, præfecturam iugiter obſeruare præceptum eſt. Da. 18. Kal. Iul. Remis, Gratiano A. I. & Dagalaifo Coſſ.

2. Impp. *Arcad. & Honorius,* Auguſti ad Senatum. [h]

SI quid frumenti vel hordei [i] vrbicarij canonis remiſſione indultum eſt ſpeciali beneficio: contra commodũ publicum ‖reſcripta‖ [k] elicita non valeant. Dat. 17. [l] K. Maij, [m] Med. Cæſario & Attico Coſſ.

3. Iidem Auguſti Meſſalæ P.P. [n]

NEminem [o] patimur in mutando canone vrbis Romæ noſtræ clementiæ beneficium poſtulare, ſed etiam ea reſcripta quæ quoquo modo potuerint impetrari, ſuſcipi non ſinimus. eos verò qui contra hæc fecerint, in duplum retinendos eſſe decernimus. vicarios, quinetiam cæteros iudices (niſi deinceps ab vſurpatione vrbicarij canonis abſtineant) deportationis pœna detineri: primates officiorum capitali ſupplicio ſubiugari perpetua auctoritate ſancimus.

[e] *C.T. li. 14. ti. 15. l. 2.*
[f] *al.* notitia annonæ.
[g] curatorum *in C.T.*
[h] *C.T. eod. l. 3.*
[i] *al.* olei. & *ſic legitur in C.T.*
[k] *Abeſt à C.T. & quib. al. lib.*
[l] *al.* XVI.
[m] Martij.
[n] *C.T. eod. ti. l. 5.*
[o] *Hæc quoque conſtitut. ex 5. & 6. c. reiectis multis & trũcatis conſtitutionibus coagmentata eſt, extant in C.T. li. 14. tit. 15. l. vlt. §. deinceps. vbi ſ.*

## DE [p] FRVMENTO [q] VRBIS Conſtantinopolitanæ,

### Tit. XXIII.

*Quod debet dari in pane, non debet ſolui in frumento. Bart.*

1. Impp. *Honorius & Theodoſius,* Auguſt. Vrſo P.V. [r]

NVLLI ne diuinæ quidem domui noſtræ frumentum de horreis publicis pro annona penitus præbeatur: ſed integer canon mancipibus conſignetur, annona in pane cocto domibus exhibenda, ita enim debet canon ab inclytæ memoriæ Conſtantino præſtitus, nécnon à diuo pietatis meæ auo ‖ Theodoſio [ſ] ‖ auctus, expendi: quoniam creſcit inopia, ſi frumenta quę pro annona tribuuntur, ad vſus alios deputata cognoſcantur. cogentur enim de publico ſibi emere, quæ alijs vendere potuiſſent. Dat. 10. Kal. Auguſt. Conſtantinop. Theodoro A. VII. & Palladio Conſſ.

*Quantitas ſtatuta ad emptionem frumenti, non poteſt minui, nec ad alios vſus conuerti. Bart.*

2. Impp. *Theod. & Valentin.* Auguſti Leontio P.V.

AVri ſtatuta quantitas [t] ad coemptionem frumentariam perpetuò ſit dedicata: nec liceat cuiquam poſt adminiſtrationem vrbicariæ poteſtatis perceptam, aliquid ex eadem ſumma minuere, vel ad quoſcunque alios vſus conuertere: ſed ſub geſtorum teſtificatione certum fiat & quod mancipibus mutui nomine datum eſt, & [u] quod ab ijſdem ſit excepta omni concuſſione ſoluendum. eum autem qui hanc formã auſus fuerit inquinare: [x] quantitatem in qua ſuam calliditatẽ exercuerit, in duplũ redhibere iubemus: & quicquid ex prædicta ratione

accre-

[p] *al.* De canone & frumento vrb.
[q] *Ecl. lib. 54. tit. 25.*
[r] *C.T. 14. 16. 2.*
[ſ] *Abeſt à C. Th.*
[t] *i. 611. auri libra, ex T.C. eo. tit. l. 3.*
[u] ſed &.
[x] inquietare, *in C.T.*

accreuerit[a], ad cumulum eiuſdem auri quantitatis & frumentarij tituli firmiter[b] redundare: legiſque huius tenorem æneis tabulis incidi. Dat. 5. Kal. Decemb. Conſtantin. Ariobindo & Aſpare Coſſ.

[a] excreuerit. [b] fomitem, in C.T.

## DE ANNONIS CIVILIBVS, Tit. XXIIII.

*Annonæ ciuiles non dantur pro titulis in dignitatibus, ſed pro meritis. Bart.*

1. Imppp. *Theod. Arcadius & Honor.* AAA. Proculo P.V.[c]

ANNONAS publicas[d] non tam titulis dignitatum, quàm ſingulorum virorum[e] meritis attributas diui Conſtantini liberalitate ſatis claruit. Ideóq; nihil ex his ſcholarum nomine vindicetur: ſed pro vniuſcuiuſque merito, quæ ſunt conceſſa, ſeruentur, vt quicumque perceptarum annonarum emolumenta vel in hæredes proprios iure ſanguinis trãsfuderunt, vel in extraneos diſtractionis titulo tranſcripſerunt: maneat quod geſtum eſt, vel hæreditatis merito, vel alienationis arbitrio. Dat. 7. Kal. Iul. Conſtantinop. Arcadio A. II. & Rufino Coſſ.

2. Imppp. *Theodoſ. Arcad. & Honor.* Auguſti.

CEntum vigintiquinque modios frumenti, præter ſolitum canonẽ, per ſingulos dies de præſenti ſexta indictione ex die Kalend. Ianuarij[f] nomine parapeteumatis[g] de horreis publicis huius almæ vrbis, inſita noſtræ pietatis liberalitate tribuimus, datis ſacris apicibus ad[h] ſublimiſſimam quoque per Orientem præfecturam, quibus poſſit & modum[i] noſtræ donationis agnoſcere, & incunctanter præbere quæ iuſſimus: quam modiationem iugiter & in perpetuum ciuibus noſtris debere conferri, valitura in æuum hac lege ſancimus.

[c] *C.T. eod. tit. l.* 10. [d] ciuicas, *in C.T.* [e] viritim, *in C.T. & quib. li. manu. quod magis probat Cuiac.* [f] Iuniarum. [g] *1. Teſſeræ nomine, quæ* πετὸς *Græcè appellatur, & peteuma, & parapeteuma Cuia. hic. quidam legunt,* peritteumatis, *al.* periſſeumatis. *Vide Alciat.* [h] ſublimiſſima, *& poſteà* præfectura. [i] commodũ.

## DE[k] MENDICANTIBVS validis,[l] Tit. XXV.

1. Imppp. *Gratian. Valent. & Theod.* Auguſti ad Seuerum P.V.[m]

CVNCTIS[n] quos in publicum quæſtum incerta mendicitas vocauerit, inſpectis, exploretur in ſingulis & integritas corporum, & robur annorum: atque[o] inertibus & abſque vlla debilitate miſerandis neceſſitas inferatur, vt eorum quidem quos tenet conditio ſeruilis, proditor ſtudioſus & diligens dominium cõſequatur: eorum verò quos natalium ſola libertas perſequitur, colonatu perpetuo fulciatur quiſquis huiuſmodi lenitudinem prodiderit ac probauerit: ſalua dominis in eos actione, qui vel latebram fortè fugitiuis, vel mendicitatis ſubeundæ conſilium præſtiterunt. Dat. 12. Kal. Iul. Patauí, Antonio & Syagrio Coſſ.

[k] *Eclog. lib. 54. tit. 27.* [l] *In C.T. legitur,* nõ inualidis. *rectius. Cont.* [m] *C.T.* 14.18.1. [n] Cunctis affatim, *in C.T. & quib. lib.* [o] atque ea, *in C.T.*

## DE NAVTIS TYBERINIS, Tit. XXVI.

*Qui nauem Tyberinam habet, onus publicum cogitur ſuſcipere, nec vllo priuilegio excuſatur. Bart.*

1. Impp *Valent. & Valens* Auguſti ad Symmachum P.V.[p]

QVI nauem Tyberinam habere fuerit oſtenſus: onus reipublicæ neceſſarium agnoſcat. Quodcunque igitur nauigium in alueo Tyberis inuenietur, competentibus & ſolitis obſequijs mancipetur: ita vt nullius[q] dignitas aut priuilegium ab hoc officio vindicetur. Dat. 8. Id. Octob. Altini, diuo Iouiano & Varroniano Coſſ.

[p] *C.T.* 14.21.1. [q] *al.* nulla.

## DE FRVMENTO ALEXANDrino, Tit. XXVII.

1. Impp. *Honor. & Theod.* Auguſti Anthemio P.P.[r]

IN æſtimatione frumenti quod ad ciuitatem Alexandrinam conuehitur, quicquid de crithologia[ſ] & zygoſtaſij munere, & pro nauclerorũ[t] tuenda ſubſtantia eminentia tua diſpoſuit, roboramus: atque vt curialibus prædæ auferatur occaſio, iubemus eos ad huiuſmodi ſolicitudinem affectandam nũquam accedere, ſed deſignata officia tuis prouiſionib. examinata, ſolitudinem prædictam implere. Dat. 5. Kal. Feb. Conſtantinop. Honor. IX. & Theod. V. AA. Coſſ.

[r] *C.T.* 14.26.1. [ſ] *al.* decreto elogij de, *&c. ſed perperam: eſt autem crithologiæ munus ei⁹ qui in Alexandria frumento ſuſcipiendo & excutiẽdo præpoſitus eſt: zygoſtaſium verò, ei⁹ qui admetiendo, vt rectè hic explicat Cuiac.* [t] nauclerio-rum.

2. Impp. *Theod. & Valentin.* Auguſti. Iſidoro P.P.[a]

DIurnos centum & decem modios alimonijs Alexandrinæ ciuitatis addi decernimus: vt nemo priuetur eo quod nunc vſque percepit: & periſſochoregiæ[b] nomen penitus amputetur, & teſſeræ deſignentur, & noſtræ pietatis nomine cenſeantur. Dat. prid. Non. Iun. Conſtantinop. Iſidoro & Senatore Coſſ.

[a] *C.T.* 14.26.2. [b] *Vide Alciatũ hic, & Cuiaciũ, qui interpretatur, ſupererogationis.*

## DE ALEXANDRIÆ[c] PRImatibus, Tit. XXVIII.

1. Impp. *Theod. & Valentin.* Auguſti Iſidoro præfecto prætorio.[d]

CORPORATOS ciuitatis Alexandrinæ, repurgandi fluminis onere liberamus: & pro tenore diſpoſitionis tuæ quadringentos ſolidos ex dinummio vectigali memoratæ ciuitatis præcommòdari decernimus, ita vt ex titulo nauium[e] modis omnibus repenſetur: Dat. prid. No. Iun. Conſtantin. Iſidoro & Senatore Coſſ.

[c] *al.* Alexandrinis. [d] *C.Th.* 14.27.2. [e] *al.* nauigiũ.

## DE IVRE REIPVBLICÆ, Tit. XXIX.

*Sententia lata contra ciuitatem indefenſam, eſt ipſo iure nulla. Bart.*

1. Imp. *Antoninus* A.

SI Quid aduerſus rempublicam indefenſam, in ea ſpecie in qua neque defenſores creati fuerint, neque vt crearentur placuit, ſtatutum eſt: actionibus eius nihil eſt præiudicatum.

2. Idem A. Phorodio & alijs.

AN reſpublica, in cuius locum ſucceſſiſtis[f], ideo quia[g] ſatisfeciſſe debito vos proponitis, ius pignoris in eo fundo habeat, apud ſuum iudicem quæritur. ſi enim neque beneficio ſibi conceſſo id ius nacta eſt, neq; ſpecialiter in obligatione pignoris ſibi proſpexit: cauſa eius non ſeparatur à cæteris creditoribus qui habent perſonalem actionem.

3. Imp. *Alexander* A.

REmpublicam, ‖ vt pupillam ‖[h] extra ordinem iuuari moris eſt.

4. Impp. *Dioclet. & Maximian.* AA.

‖ SI ‖ ſecundum legem ciuitatis reſpublica cuius meminiſti, ruina collapſis[i] ædificijs tuis diſtraxit areã: nihil contra huius legis tenorem rector prouinciæ fieri patietur.

[f] vos ſucceſſiſtis. [g] eo quod. [h] *al. deeſt, al.* pupillum. [i] collapſa.

## DE ADMINISTRATIONE[k] REtrum publicarum, Tit. XXX.

1. Imp. *Philippus* A. Creſcentiæ.[l]

FVNDVM vectigalem, ſi ſuis quibuſque temporibus debitæ quantitates inferantur, inuito poſſeſſore auferri non poſſe manifeſtum eſt.

2. Impp. *Dioclet. & Maximian.* Auguſti & CC.

COntra eos qui rempublicam adminiſtrantes, per officij neceſſitatem ſub conditione relicti fideicommiſſi ſatis accipere debuerunt: quanti reipublicæ intereſt ſatis non ‖ eſſe ‖ acceptum, dirigendam eſſe actionem perſpicitis.[m]

[k] adminiſtratoribus. [l] Creſcentio. [m] proſpicitis.

## DE VENDENDIS REBVS CIuitatis, Tit. XXXI.

*Venditio pura & perfecta non debet à rep. reuocari, licet per alium maius pretium offeratur. Bart.*

1. Imp. *Antoninus* A.

‖ SI ‖ ſine vlla conditione prædia vendente republica comparaſti: perfecta venditione[n], nulla ratione vereris ne adiectione facta auferri tibi dominium poſſit. Tempora enim adiectionibus præſtituta[o] ad cauſam fiſci pertinent: niſi ſi qua ciuitas propriam legem habeat.

2. Impp. *Valerianus & Gallienus* Auguſti.

QVamuis incrementum conductioni factæ publici prædij videatur offerri, non tamẽ additamenti ſpecie oportet fidem locationis infringi: præſertim

[n] perfectam vẽditionem. [o] *al.* præſtita.

cùm tantum iam temporis ex contractu deceſſiſſe proponas.[a]

[a] proponat.

3. Imp. *Leo* A.

SI quæ hæreditatis, vel legati, ſeu fideicommiſſi, aut donationis titulo domus, aut annonæ ciuiles, aut quælibet ędificia vel mancipia ad ius inclytæ vrbis alterius cuiuſlibet ciuitatis peruenerint: ſuper his licebit ciuitatibus venditionis pro ſuo commodo inire contractum: vt ſumma pretij exinde collecta[b], ad renouanda ſiue reſtauranda publica mœnia diſpenſata proficiat. Indeſeſſa verò cura proſpicientes, nequis aduerſus ciuitatum commoda quicquam moliri poſſit incommodi, ſed ſine vlla fraude ſeu nundinatione[c] vel colludio ſeu conniuentia huiuſmodi venditiones[d] procedant: hoc ‖ etiam ‖ in poſterum obſeruandum eſſe cenſemus, vt ſi quidem ad hanc inclytam vrbem domum vel ciuiles annonas, aut alia quælibet ædificia vel mancipia pertinentia contigerit venundari: non aliter niſi imperiali auctoritate vendantur: in prouincijs verò, præſentibus omnibus ſeu plurima parte tam curialium quàm honoratorum & poſſeſſorum ciuitatis ad quam res prædictæ pertinent, propoſitis ſacroſanctis ſcripturis ſigillatim vnumquemq; eorum qui conuenerint, iubemus ſententiam quam putet[e] vtilem patriæ ſuæ deſignare: vt ita demum decreti recitatione in prouinciali iudicio interueniente, emptor[f] competentem poſſit habere cautelam. Hos autem venditionum contractus, ſiue iam completi fuerint, ſiue poſtea ineundi fuerint, ſtabiles eſſe cenſemus.

[b] collata.
[c] *al.* inordinatione, *ſed malè.*
[d] venditionis.
[e] putent.
[f] emptio.

DE DEBITORIBVS CIuitatum.

Tit. XXXII.

*Debitores ciuitatum non poſſunt in eis habere honorem, niſi primo debitum ſoluant. Bart.*

1. Imp. *Antoninus* A.

NON prius debitorem reipublicę honorem in republica ſubire, quàm id quod debere conſtiterit, conuictus exſoluerit, tam meis quàm diuorum principum conſtitutionibus declaratur.

2. Imp. *Conſtantinus* A. Verino[g] S.

APud eos quos ſuperſtites integris facultatibus eſſe peruideris[h]: vel quorum hæredes incolumia retinét[i] patrimonia, ſortes reipublicæ[k] perſeuerare debebunt: ita tamen, vt annuas vſuras ſuis quibuſque temporibus exoluant, cum ſimul & reipublicæ vtile ſit retinere idoneos debitores: & ipſis ſit commodum, cumulum debiti minimè nutriri. Et quia nefas eſt, obnoxijs corporibus alienatis[l], circumſcribi ciuitates: placuit, ſi quis debitor reipublicæ ciuitatis quippiam ex eo patrimonio quod habuit cum pecuniam reipublicæ ſumeret, donauerit, vel diſtraxerit, vel qualibet in alium ratione contulerit: qualitate rei alienatæ perſpecta, atque omnibus debitoris facultatibus conſideratis quas habuit cùm ei pecunia crederetur, pro rata ab eo qui ex debitoris facultatibus aliquid detinet, ex ſorte atque vſuris poſtulari. Itaq; quoties minùs idoneum deprehenditur eius patrimonium, cuius nomen ciuitati alicui[m] inuenitur obnoxium, iudex omni diligentia & ſolicitudine debebit inquirere ad quos ex qualibet conditione tranſierint debitoris facultates: vt ſinguli æqua æſtimatione habita, pro rata rerum quas poſſident, conueniatur, perſonalem actionem contra eum habituri debitorem, qui ipſis ſoluentibus liberatur. Ab eo autem, à quo conſtat fortunarum ſuarum partem maximam receſſiſſe, etiam reliquam portionem quæ apud eum reſederit, transferri ad idoneum oportebit. Quòd ſi quiſpiam debitor reipublicæ ciuitatis, fiſco noſtro locum fecerit: emptores qui à fiſco noſtro comparauerint, manifeſtum eſt, ſecundùm ius vetus, & reſcripta diuorum ‖ principum ‖[n] conſtitutioneſq; noſtras nullam debere moleſtiam ſuſtinere. Quòd ſi quis debitor non comparuerit[o], vel certè omnia ſua ita conſumpſerit, vt nemo aliquam rem ex eius bonis poſſideat: id debitum conuenit ad diſpendium reipublicæ pertinere: ideóq; cura patris ciuitatis[p] apud idoneos, vel dominos ruſticorum prædiorum pecunia collocanda eſt. PP. 3. Kalen. Feb. Voluſiano & Anniano Conſſ.

[g] *Ex C.T. lib. 12. tit. 11. l. 1. Vbi legitur,* Locrio Verino ſuo S.
[h] *al.* prouideris.
[i] retinere, *in C.T.*
[k] kalendarij, *in C.T.*
[l] *al. additur* ſorte, *al.* fortè: *ſed abeſt à C.T.*
[m] kalendario ciuitatis alicuius, *in C.T.*
[n] *Abeſt à C.T. & quib. lib.*
[o] *al.* comparauerit.
[p] curatoris kalendarij. *in C. Th. ſed eundem dici exiſtimo patrē ciuitatis, nempe curatorem Reipu. & diſcuſſorē publicæ pecuniæ. Vide Cuiac. ad l. 3. §. de ijs qui ſpon. mun. ſuſc.*

DE[q] PERICVLO NOMInatorum,

Tit. XXXIII.

1. Imp. *Gordianus*.[r]

[q] *Ecl. lib. 54. tit. 1.*
[r] *al.* Gratianus.

SI qui à te collegaque tuo magiſtratus creati ſunt: etiā ſi maximè fideiuſſores non exegiſtis, tamen ſi per id tempus[a] quo magiſtratus honor deponebatur ſoluendo fuerunt: periculo vos creationis non fecerunt obnoxios ex eo quòd caſu aliquo patrimonium eorum mutilatum ſit: cum ceſſationi ſuæ id debeant imputare, damnaque reipublicæ, ſi qua ob culpam eorum paſſa eſt, ſarcire: qui cùm nomine publico eos conuenire potuiſſent, id facere ſuperſederunt.

[a] temporis.

*Nominator tenetur pro nominato officiali in quantum ipſe conuenitur ex perſona ſua.*

2. Imp.[b] *Philippus* A. & Philippus Cæſ.

SI ſucceſſoris tui ſucceſſor non idoneum loco ſui magiſtratum denominauerit, adminiſtrationis eius periculum ad tuam perſonam ſpectare nequaquam poteſt. etenim nominati[c] ſucceſſoris duntaxat quiſque periculum ſuſcipere compellitur: nec ad nominatoris nominatorem manus iure porrigi poſſunt.

[b] *In Veteri ſcrip.* Idem A. Rufino.
[c] nominatim ſucceſſoribus *al.* nominatis ſucceſſorib9.

DE PERICVLO EORVM QVI PRO MAgiſtratibus interuenerunt,

Tit. XXXIIII.

1. Imp. *Antoninus* A.

FIDEIVSSORES magiſtratuum in his quæ ad reipublicæ adminiſtrationem pertinent, teneri, non in his quæ ob culpam vel delictum eis pœnæ nomine irrogentur, tam mihi quàm diuo Seuero patri ‖ meo ‖ placuit.

QVO QVISQVE ORDINE conueniatur,

Tit. XXXV.

1. Imp. *Antoninus* A.

ETSI duobus ſimul cura pecuniæ ciuitatis nō tamen ſeparatis portionibus, mandetur: ſinguli non pro virili portione, ſed in ſolidum reipublicæ obligantur. cùm autem de indemnitate ciuitatis eius quæritur: prius eius bona qui adminiſtrauit, ac mox ſi ſatisfieri non poterit, collegæ conueniuntur. vos tamen qui hæredes vnius ex curatoribus extitiſtis: damno, ſi quod poſt mortem eius dolo vel culpa collegarum acceſſit, onerari, non eſt rationis.

*Duobus ſi committitur pro indiuiſo adminiſtratio, quilibet ante nominatorum primum conuenitur: ſecus ſi ſeparatis portionibus.*

2. Imp. *Gordianus*[d] A.

QVotiens duobus non ſeparatim, ſed pro indiuiſo munus iniungitur, & ita vt vnuſquiſque eorum periculo ſoliditatis[e] videatur obſtrictus[f]: manus ad nominatorem priuſquàm vtrique qui ‖ id munus ‖ adminiſtrauerunt, ſolenniter fuerint excuſſi, nulla ratione porrigi poſſunt. ſi verò ſeparatis portionibus ad munus nominati ſunt: prius pro portione conueniantur qui id munus adminiſtrauerint: item fideiuſſores eorum. Si nec ab his quidem indemnitas fuerit ſeruata, tunc demum creatorem: ac ſi nec is quidem ſufficiat, nouiſſimè participem muneris conueniri debere præſes non ignorat.

[d] *al.* Gratianus.
[e] *al.* ſoliditati.
[f] conſtrictus.

3. Imppp. *Carus, Carinus & Numerianus* AAA.[g] Theodoſio.

SI ita duumuiri creati eſtis ‖ hoc expreſſo[h] ‖ vt mutuo periculo teneamini: in dubium non venit vicarijs damnis vos eſſe obſtrictos: cum[i] in magiſtratibus prius nominatores conueniendos eſſe (hoc quod in perſona noſtra[k] cuſtodiri conſideraſtis) conſtitutum eſt.

[g] *al.* Idem A.
[h] *Deeſt in pleriſque manuſ. & delendum exiſtimat Cuiac.*
[i] Cum *pro quamuis accipit Cuiac.*
[k] veſtra.

4. Impp. *Dioclet. & Maximianus* AA. Dioni.

CVm te & collegam tuum magiſtratus veſtri tempore publicum fœnus collocaſſe proponas, nec potuiſſe debitum à quibuſdam reipublicæ reſtitui: cùm paratus ſis pro te id quod ſolus geſſiſti, reipublicæ ſatisfacere: conſequens eſt rempublicam, ſi ſeparati actus veſtri contractus fuerint, ſucceſſores collegæ tui vel rerum eius[l] poſſeſſores prius ob perſonam eius congredi[m]: &, ſi ſolida indemnitas reipublicæ ſeruata non fuerit, nominatores eius interpellare: ac poſtremo loco ſi quid ex nomine collegæ tui defuerit, ob culpæ nexum te interpellare, priores enim nominatores veluti fideiuſſores placuit obſtringi.

[l] ei.
[m] progredi.

NE QVIS LIBER INVITVS ACTVM reipublicæ gerere cogatur,

Tit. XXXVI.

1. Imp. *Alexander* A. Vrbico.

SI vt proponis, decreto ordinis ad libertatem ductus [a] es: non debere te inuitũ, actum reipublicæ adminiſtrare, curator reipublicæ nõ ignorat: præſertim cum ſerui huiuſmodi officia adminiſtrare debeant.

[a] productus.

2. Imppp. *Dioclet. & Maximian.* AA.

SI [b] cùm ingenuus eſſes, ad actum gerendum à republica [b] compelleris: auxilium præſidis, & iuris præſidia, prout vſus exigebat, implorare potuiſti.

[b] reipublicæ.

## SVMPTVS INIVNCTI [c] MVNERIS ad omnes collegas pertinere,

### Tit. XXXVII.

[c] *al.* iniuncti.

1. Imp. *Maximian.* A.

CVM ad munus exhibẽdarum angariarum cum alijs creatus, à conſortibus muneris ſolicitudine deſerta, ſolũ te functum eſſe proponas: ſumptuum detrimenta ſi qua acciderint, collatione eorũ quos munus oportuerat participare, prouiſione [d] præſidis diuidentur. quòd ſi etiam a te obſequium derelictum eſſe cognouerit: quid cenſuræ publicæ congruit, non ignorat.

[d] promiſſione, *al.* permiſſione.

## DE HIS QVI EX OFFICIO QVOD adminiſtrarunt, conueniuntur,

### Tit. XXXVIII.

*Si pecunia mutuatur per adminiſtratorem reip. ad ipſum damnum ſortis pertinet, non vſurarum. Bart.*

1. Imp. M. *Antoninus* A.

HOEnoris reipublicæ, quod non tua culpa perditum eſſe apparuerit: ſufficit ſortis damnum, non etiam vſurarum eius [e] ſuſtinere [f].

[e] *te al. deeſt vtrumque.*

[f] tenere.

## DE SOLVTIONIBVS ET LIBERAtionibus [g] debitorum ciuitatis,

### Tit. XXXIX.

[g] *Hic tit. generaliter conceptus de omni genere ſolutionũ et liberationum accipiendus eſt.*

1. Imp. *Alexander* A. Quatuoruiris [h] & decurionibus Fabretanorum.

[h] *Quatuoruiri ſunt magiſtratus cuiuſdam ciuitatis et reipublicæ: vt hic adnotat Cuiac. recte.*

CAutiones ſeruorum publicorum ita demum firmam ſecuritatem debitorib. præſtant, ſi curatorum adſignantium, vel eorum quibus exigendi ius eſt, auctoritate ſubnixæ ſunt. Cùm autem is qui exoluiſſe dicitur, ſolam ſcripturam actoris ſuſcipientis pecuniam promat: ea tantùm defenſio cõſueuit admitti, ſi quod exſolutum eſt, rationi reipublicæ profeciſſe doceatur. Sanè curator veſter, ſi fraude ſerui cõſtiterit effectum vt interciperentur a curatore illatæ à debitoribus quantitates: de peculio eius, quod eo modo deeſt, reſtituet.

## DE SPECTACVLIS, ET SCEnicis, & lenonibus,

### Tit. XL.

1. Imppp. *Valens, Gratia. & Valent.* AAA. ad Heſperium proconſulem Africæ [i].

[i] *Ex C. T. li. 15. ti. 6. l. 3. al.* Cõſtantinus A.

NOn inuidemus, ſed potius cohortamur amplectenda felicis populi ſtudia, gymnici vt agonis ſpectacula reformentur. Verumtamen cum primates viri, populi ſtudijs ac voluptatibus [k] grati eſſe cupiant: promptius permittimus, vt integra voluntas [l] ſit, quæ volentiũ celebratur impenſis. Dat. 6. Id. Mart. Treuer. Valente V. & Valentiniano AA. Coſſ.

[k] voluntatibus.

[l] voluptas, *in C. Th.*

*Deſeruientes ſacris ludis, nullo afficiuntur ſupplicio. Bart.*

2. Imppp. *Gratian. Valent. & Theodoſ.* AAA. ad Valerianum P. V. [m]

[m] *C. T. 15. 7. 7.*

EOs qui [n] agitandi munus exercent, illuſtris auctoritas tua nullis præter circenſe certamen adfici nouerit oportere [o] ſupplicijs. Dat. 8. Id. Maij, Eucherio & Syagrio Coſſ.

[n] *al. legitur poſt l. quiſquis.*

[o] pertinere.

3. Iidem AAA. ad Valerianum [p].

[p] *C. T. 15. 7. 6.*

QVisquis equos quos vel ſerenitas noſtra [q], vel ordinarij conſules tribuunt voluptatibus, ad commodum compendiumque priuatum abduxerit [a]: vnius libræ auri condemnatione multetur. Datum 8. Kalend. Maij, Treu. Eucherio & Syagrio Coſſ.

[q] *al.* veſtra.

[a] adduxerit.

4. Imppp. *Theodoſ. Arcad. & Honor.* Auguſti Rufino P. P. [b]

[b] *C. T. 15. 7. 12.*

SI qua in publicis porticibus, vel in his ciuitatum locis in quibus noſtræ ſolent imagines conſecrari, pictura pantomimum veſte humili, & rugoſis ſinibus agitatorem, aut vilem offerat hiſtrionem: illico reuellatur, neque vnquam [c] poſthac liceat in loco honeſto inhoneſtas [d] adnotare perſonas: in aditu verò circi, vel in theatri proſcenijs vt collocentur, non vetamus. Dat. 3. Kal. Iul. Heracleæ, Arcad. A. III. & Honor. A. II. Coſſ.

[c] nec iam, *in quib. lib.*

[d] *Inhoneſtas perſonas non eſſe pro infamib. accipiendas exiſtimo, ſed pro abiectis & vilibus quæ inter honeſtas numerari nõ debẽt. itaq; non pungnat l. 4. ff. de his qui no. infam. cum hac lege.*

5. Impp. *Honor. & Theod.* AA. Anthemio P. P. [e]

[e] *C. T. 15. 5. 3.*

NEmo iudicum ex quacunq; ciuitate in aliud oppidum vel ex prouinciæ ſolo equos curules, aurigas, beſtias, hiſtriones, ciues tentet traducere: ne dum popularibus plauſibus intemperanter [f] ſeruiunt, & publicarum rerum ſtatum fatigent, & feſtiuitatem impediant in cunctis oppidis celebrandam: ita vt ſi quis hanc violauerit iuſſionem, pœna teneatur ea quæ legum violatores perſequitur. Datum 8. Id. Auguſt. Conſtantinop. Honorio VIII. & Theodoſio III. AA. Coſſ.

[f] intemeratè *in C. Th.*

*Patres vel domini ſi filiabus aut ancillis peccandi præbent neceſſitatem, earum perdunt poteſtatem. Bart.*

6. Impp. *Theod. & Valent.* AA. Florentio P. P. [g]

[g] *C. Th. 15. 8. 2. Iã ſemel poſita fuit hæc l. in l. 12. §. de epiſcop. aud.*

LEnones patres & dominos, qui ſuis filiabus vel ancillis peccandi neceſſitatem imponunt: nec iure frui dominij, nec tanti criminis patimur libertate gaudere. Igitur tali placet eos indignatione ſubduci, ne poteſtatis iure frui valeant, néve quid eis ita poſſit acquiri: ſed ancillis filiabusque, ſi velint, conductisve pro paupertate perſonis, quas ſors damnauit humilior, epiſcoporũ liceat, iudicum etiam defenſorumque implorato ſuffragio, omni miſeriarum neceſſitate abſolui: ita vt ſi inſiſten dum eis lenones eſſe crediderint, vel peccandi ingerant neceſſitatem inuitis, amittant non ſolum eam quam habuerint poteſtatem, ſed proſcripti, pœnæ [h] mancipentur exilij, metallis addicendi publicis: quæ minor pœna eſt, quam ſi præcepto lenonis cogatur quiſpiã coitionis ſordes ferre, quas nolit. Datum 11. Kalend. Maij, Felice & Tauro Coſſ.

[h] pœna, *in C. Th.*

7.

NE quis deinceps lenocinium exerceat, & nullus reditus inde largitionibus inferatur. nullus ancillam ingenuámve proſtituat. alioquin humilior qui id fecerit, coercitus metalli & exilij pœna damnabitur: honeſtior bona & militiam ac dignitatẽ amittet. His quoq; abſtineant thymelici. Quòd ſi ancilla proſtituta ſit, vt gratuitò vindicetur ab omnibus viris aut fœminis, clericis aut monachis. Et vti hæc obſeruent magiſtratus tam minores quam maiores & officia eorum, corporis & 20. librarum imminente pœna.

## DE EXPENSIS LVDORVM publicorum [i],

### Tit. XLI.

[i] *Theodorus Balſamon numerat hũc ti. 41. huius libr. & l. 1. huius t. tale recitat argumentum ex lib. Baſilic. de reliquo certamina liberè peragũtor. Nemo inuitè certamina edito. volunta rioſenim ſumptus facere volo. Cont.*

*Pecunia deputata ad ſpectacula, in refectionem murorum poteſt conuerti: & ipſis refectis cauſa priſtina firma permanet. Bart.*

1. Impp. *Dioclet. &* Maximianus AA.

CVm præſidẽ prouinciæ impenſas quæ in certaminis editione erogabantur, ad refectionem murorum transtuliſſe dicas: & quod ſalubriter deriuatum eſt, nõ reuocabitur: & ſolenne [k] certaminis ſpectaculum poſt reſtitutã murorum fabricam, iuxta veteris cõſuetudinis legem celebrabitur. ita enim & tutelæ ciuitatis inſtructæ murorum præſidio, prouidebitur: & inſtaurandi agonis voluptas confirmatis his quæ ad ſecuritatis cautionem ſpectant, inſecuti temporis circuitione repræſentabitur.

[k] ſolennis.

## DE [l] AQVÆDVCTV,

### Tit. XLII.

[l] *Eclog. lib. 58. tit. 19.*

1. Imp. *Conſtantinus* Auguſt. ad Maximilianum Conſularem [m].

[m] *Sic in meo manuſ. Cont. C. T. 15. 2. 1.*

AQVARVM poſſeſſores, per quorum fines formarum [a] meatus tranſeunt, ab extraordinarijs oneribus volumus eſſe immunes: vt eorum opera aquarum ductus ſordibus oppleti, mundentur: nec ad aliud ſuperindictę rei onus ijſdem poſſeſſoribus attinendis: ne circa res alias occupati, repurgium formarum facere non curent [b]. quod ſi neglexerint, amiſſione poſſeſſionum multabuntur. nam fiſcus prædium eius obtinebit, cuius negligentia [c] perniciem formæ congeſſerit. Prętereà ſcire eos oportet, per quorum prædia aquęductus commeat, vt dextra leuaq; ex ipſis formis quindecim pedibus intermiſſis arbores habeant, obſeruante officio [d] iudicis, vt ſi quo tempore pullulauerint, excidantur: ne earum radices fabricam formæ corrumpant. Dat. 15. Kalend. Iun. Gallicano & Symmacho Coſſ.

2. Impp. *Valent. Theod. & Arcad.* Auguſti Pancratio P.V. [e]

SI quis de cætero vetiti furoris audacia florentiſſimæ vrbis commoda voluerit mutilare, aquam ad ſuum fundum ex aquæductu publico deriuando [f]: ſciat eundem fundum fiſcalis tituli præſcriptione ſignatum, priuatis rebus noſtris aggregandum. Dat. 8. * Conſtantinopol. Timaſio & Promoto Conſſ.

*Auertens aquam de publico aquæductu, debet ipſam ducere per caſtellum vel aliud paruum foramen, ne matrices fiſtulæ corrumpantur. Bart.*

3. Iidem Auguſti Albino P.V. Romæ [g].

EOs qui aquæ copiam vel olim vel nunc per noſtra indulta meruerunt, vſum [h] aut ex caſtellis, aut [i] ex ipſis formis iubemus elicere [k], neque earum fiſtularum quas matrices vocant, curſum ac ſoliditatem attentare, ‖vel ab ipſo aquæductu trahere [l]‖. Quod ſi quis aliter fecerit: non ſolum id quod prius iure beneficij fuerat conſecutus, amittet: verum pro conditione quoq; perſonæ ſeueriſſima pœna plectetur. Dat. 5. Kal. Septem. Rom. Timaſio & Promoto Coſſ. & PP. IIII. Kal. Iun. Conſtantinopol. Olybrio & Probino Coſſ.

4. Impp. *Arcad. & Honor.* Auguſti Aſterio Co. Orientis [m].

VSum aquæ veterem [n], longoque dominio conſtitutum, ſingulis ciuibus manere cenſemus, nec vlla nouatione turbari: ita tamen, vt quantitatem [o] ſinguli quam veteri licentia percipiunt, more vſq; in præſentem diem perdurante percipiant: manſura pœna in eos qui ad irrigationes agrorum, vel hortorum delicias, furtiuis aquarum meatibus abutuntur. Datum Kalen. Nou. Cæſario & Attico Coſſ.

*Qui beneficium ducendi aquam ex publico aquæductu impetrauit, debet illud intimare præfecto, & non alij. Bart.*

5. Impp. *Theod. & Valent.* Cyro P.P.

SI quis per diuinam liberalitatem meruerit ius aquæ: non viris clariſſimis rectoribus prouinciarum, ſed tuæ præcellentiſſimæ ſedi [p] cæleſtes apices intimare debebit: condemnatione contra illum qui preces moderatoribus inſinuare conatur, quinquaginta librarum auri, & contra vniuerſos adminiſtratores qui reſcriptum per ſurreptionem elicitum ſuſcipere moliuntur, proponenda: apparitoribus nihilominus eorundem virorum, clariſſimorum prouinciæ moderatorum, animaduerſionibus pro vigore tui culminis ſubiugādis: & ampliſſima tua ſede diſpoſitura, quid in publicis thermis, quid in nymphæis [q] pro abundantia ciuium conueniat deputari: quid his perſonis, quib. noſtra ſerenitas indulſit, ex aqua ſuperflua debeat impartiri.

*Seruitus aquæ ducendæ ad aliqua loca priuata ex aquæductu palatij Hadriani, etiam per reſcriptum eſt prohibita. Bart.*

6. Ijdem Auguſti Cyro P.P.

OMnis ſeruitus aquarum aquæductus Hadriani, ſiue domorum, ſiue poſſeſſionum, ſiue ſuburbanorum, ſiue balneorum, vel per diuinos affatus [r] intimatos in quolibet iudicio, vel per vſurpationem impertitos, penitus exprobretur. malumus etenim prædictum aquæductum noſtri palatij, publicarum thermarũ ac nymphæorum commoditatibus inſeruire, & decernimus hanc diſpoſitionem modis omnibus in poſterum ſeruari: nemini licentia tribuenda, ab eodem aquæductu precibus oblatis vſum aquæ petere, vel ‖eum‖ audere perforare: ſcientibus his qui qualibet ratione putauerint ad huiuſmodi molimen [f] accedere, vel officio (ſi auſus fuerit inſtruere) vel minus inſtructis precibus parêre, centena pondo auri multæ nomine fiſcalibus rationibus ſe eſſe illaturos. Super his ſancimus ſulcum publicum aquarum nullis intra decem pedes arboribus coartari: ſed ex vtroq; latere decempedale ſpatiũ integrum illibatumq; ſeruari. Prætereà de plumbeis fiſtulis ducentibus ad thermas, quæ Achilleæ [a] nuncupantur, quas prouidentiæ tuæ magnificētia [b] factas fuiſſe cognouimus, eandem formam ſeruari cenſemus. etenim memoratas fiſtulas thermis tātùm & nymphæis quibus eminentia tua deputauerit, volumus inſeruire: facultate præbēda tuæ ſublimitatis [c] apparitoribus, circumeundi ſine formidine domus, ſuburbana, balnea, ad requirendum nequa [d] deceptio vel ſuppreſſio vel inſidiæ contra publicam vtilitatem à quoquam penitus attententur.

*Pecunia ex vectigalibus redacta pro reparatione aquæductus, debet expendi dando eam operarijs aquæductus. Bart.*

7. Iidem AA. Eutychiano præfecto prætorio.

AD [e] reparationem aquæductuum [f] huius almæ vrbis omnia vectigalia quæ colligi poſſunt ex vniuerſis ſcalis [g] huius inclytæ vrbis, & ex operarijs qui Cyziceni [h] dicuntur, ad refectionem eiuſdem aquæductus procedere [i]. illo videlicet obſeruando, vt nemo eorũ qui ‖ius‖ aquæ poſſident, quamcunq; deſcriptionem [k] ſuſtineat [l]. nam execrabile videtur, domos huius almæ vrbis aquam habere venalem.

*Præfectus conuertens aurum aquæductui deputatum ad aliud opus, de ſuo reſarcire tenetur. Bart.*

8. Imperator *Zeno*, Auguſtus ad Amantium [m] P.V.

HAc lege ſancimus, vt ſi quis ampliſſimam præfecturam gubernans, aurum aquæductui deputatum, ad alterum quodlibet opus non aquæductibus vel aquæ publicæ competens, extruendum, vel curandum putauerit conuertendum: de ſuis facultatibus eandem ſummam aquæductus titulo repenſare cogatur [n]. Separatus verò arcarius aurum aquęductus ſuſcipiat glorioſiſſimorum cōſulum liberalitate, vel ex alijs titulis ad aquas publicas pertinentibus collectum, vel poſtea colligendum.

*Fons publicus ab initio, vel ex poſtfacto publicus effectus, vſui priuatorum non applicatur, etiam ex reſcripto ſuper hoc impetrato. Bart.*

9. Idem A. Poratio [o].

DIligenter inueſtigari [p] decernimus, qui publici ab initio fontes, vel cùm eſſent ab initio fontes priuati, poſtquam publicè vſum præbuerunt, ad priuatorum vſum conuerſi ſunt, ſiue ſacris apicibus per ſurreptionem impetratis, ac multo amplius ſi auctoritate illicita, nec appetito colore ſacri oraculi huiuſmodi aliquid pertentatum fuiſſe dignoſcitur: vt ius ſuum regiæ ciuitati reſtituatur: & quod [q] publicum fuit aliquando, minimè ſit priuatum, ſed ad communes vſus recurrat: ſacris oraculis vel pragmaticis ſanctionibus aduerſus commoditatem vrbis quibuſdam impertitis, iure caſſandis, nec longi temporis præſcriptione ad circumſcribenda ciuitatis iura profutura.

10. Idem A. Pontio.

DEcernimus, ne quid à quacunque perſona qualibet [r] dignitate prædita cōtra minuſcularios [f] aquæductus vel fontes publicos qui ad aquęductus confluunt, pertentetur. Sed & ſi quis clam vel palam, auctoritate confiſus, de ijſdem paragogijs [t], vel fontibus aquam traduxerit, vel clandeſtinis inſidijs fortè ſurripuerit, publicis aquæductibus eam reſtituere compellatur. Hoc etiam præcipimus, ne in poſterum à quolibet iuxta eoſdem aquæductus plantari qualeſcunque arbores poſſint, ne ex ſtirpibus labefactentur parietes aquæductuum [u]: quod antiquis etiam conſtitutionibus interdictum eſſe dignoſcitur: ſcientibus vniuerſis, quòd in poſterum ſuper huiuſmodi commiſſis ſuburbanum, vel prædium, vel balneum, vel aquę mola [x], vel hortus, ad cuius vſum aqua publica fuerit deriuata, vel ſi quid ex his iuxta aquæductum poſitum, ad eum pertinet qui plantauit arbores aquæductibus noxias, ad quemcunque pertineat locum, vel hominem, vel domum, proſcriptionis titulo ſubiacebit, & fiſci iurib. vindicetur: nulli ſuper huiuſmodi pœna nec per ſacros apices venia tribuēda. Vniuerſos autem aquarios, vel aquarum cuſtodes, quos hydrophylacas nomi-

nant,

[a] forinarum, *mallet hic Al. Sed rectè legitur* formarũ, *i. aquæductuum: vt notaui in Nouell. de manda. principum. Cont.*
[b] non occurrant, *in C. T.*
[c] negligētiæ.
[d] tuo officio, *in C. T.*
[e] *C. T. l. 3. s. eo.*
[f] dirigando.
[g] *C. Th. eo. tit. l. 4.*
[h] vſu, *al.* eius vſum, *vt in C. Th.*
[i] autem.
[k] *al.* eligere.
[l] *Incluſa à cōpoſitorib. addita ſunt.*
[m] *C. T. eo. tit. l. 6.*
[n] veteri.
[o] quantitate, *in C. Th.*
[p] ſedis.
[q] *Græci Nymphæa vocāt hydria, vt hic Cuia. notat.*
[r] afflatus.
[f] *al.* emolumentum.

[a] *Vide Alcia. hic & Cedrinum.*
[b] prouidētia magnificentiæ.
[c] ſublimitati.
[d] neque.
[e] *Huc pertinet l. 23. de operib. public. C. Th.*
[f] aquæduct9.
[g] *Vide Cuiac. hic, qui multis rationibus legendum eſſe* ſcalis *oſtēdit. al.* calculis. *quidam emēdant* cellulis, *in li. Aure. et Dion.* ſcholis.
[h] Cyzicenij. *al.* Zyzincenij. *al.* Ticennij. *al.* Titennij.
[i] producere.
[k] quacunque deſcriptione.
[l] ſuſtineant.
[m] *al.* Adamantio P. P. *rectius.*
[n] repręſentare, *in quibus. codicib.*
[o] *al.* Sporatio.
[p] inueſtigare.
[q] & quid.
[r] quamlibet dignitatem prætendant. *Cuiac.*
[f] *i. tenuiores & diminutos aquæductus. Alci. hic* muſcularios *legēdum putat.*
[t] *al.* paralogijs.
[u] *Idem ſcribit Caßiodor. lib. 5. c. 38. Cont.*
[x] aquariola, *vt etiam legit Pyrrhus: ſed rectior eſt excuſa lectio.*

nant, qui omnium aquæductuum huius regiæ vrbis cuſtodes deputati ſunt, ſingulis manibus eorum felici nomine pietatis noſtræ impreſſo ſignari decernimus: vt huiuſmodi adnotatione manifeſti ſint omnibus, nec à procuratoribus domorum, vel quolibet alio ad vſus [a] alios auellantur, vel angariarum vel operarum nomine teneantur. Quòd ſi quem ex hiſdem aquarijs mori contigerit, eum nihilo minus qui in locum defuncti ſurrogatur, ſigno eodem notari præcipimus: vt militiæ quodammodo ſociati, excubijs aquæ cuſtodiendæ inceſſanter inhæreant: nec muneribus alijs occupentur.

[a] aduerſus, *ſed malè.*

*De fonte vel aquæductu publico non licet aquam deriuare, niſi per principis reſcriptum concedatur. Bart.*

11. Imp. *Anaſtaſius* A. Seruo [b] P.P.

DIuinam diſpoſitionẽ ab inclytæ recordationis principe Theodoſio ſuper his qui aquam ſibi de publicis aquæductibus ſeu fontibus præberi deſiderant, promulgatam, hac etiam lege in ſua firmitate durare ſancimus: quatenus nemo vel in hac ſacratiſſima ciuitate, vel in prouincijs ſine diuinis apicibus de ſacro epiſtolarum ſcrinio more ſolito edendis, & iudicio [c] tuæ celſitudis, vel alijs quorum intereſt, intimatis vel intimandis, aquam de publico aquæductu ſeu fonte trahere permittatur: his quicumq; noſtra iuſſa violauerint, ſeu violare conceſſerint [d], denarum librarum auri condemnatione, aliaque [e] grauiſſima indignatione feriendis.

[b] Seruio P.P.
[c] in iudicio.
[d] conſenſerint.
[e] atque.

## DE GLADIATORIBVS PENITUS tollendis [f],

### Tit. XLIII.

1. Imp. *Conſtantinus* A. Maximo P.P.

CRVENTA [g] ſpectacula in otio ciuili & domeſtica quiete nõ placent: quapropter omnino gladiatores eſſe prohibemus. PP. Beryti, Kal. Octob. Paulino & Iuliano Conſſ.

[f] *Sic vet. manuſ. de hoc titulo ſic Theodorus Balſamõ ad Photij Nomoca. ti. 13. c. 22. ti. 43. tollit ſpectacula gladiatorum.*
[g] *Ex lib. 15. ti. 12. l. 1. C. Th. v. Sozomenum lib. 1. Symmachum lib. 1. epiſt. 7.*

## DE VENATIONE FERARVM,

### Tit. XLIIII.

1. Impp. *Honorius & Theodoſ.* AA. Mauriano Com. Domeſtic. & vices agen. Magiſt. milit. [h]

OCCIDENDORVM leonum cunctis facimus poteſtatem, neque aliquam ſinimus quenquã calumniam formidare. Beſtias [i] autem quæ ad comitatum ab omnibus limitum ducibus trãſmittuntur, non plus quam ſeptem diebus intra ſingulas ciuitates detineri præcipimus: violatoribus eorum quinas libras auri fiſci iuribus [k] illaturis. Dat. 13. Kal. Iun. Conſtantio & Conſtante VV. CC. Conſſ. & Dat. 5. Kal. Octob. Conſtantinop. DN. Honor A. XI. & Conſtantio II. V. C. Conſſ.

[h] *C. Th. lib. 15. tit. 11. l. 1.*
[i] *C. T. ibid. l. 2. v. ideoque.*
[k] viribus.

## DE MAIVMA [l],

### Tit. XLV.

1. Impp. *Arcad. & Honor.* AA. Cæſario P.P. [m]

CLEMENTIAE noſtræ placuit, vt maiumæ prouincialibus lætitia reddatur: ita tamen, vt ſeruetur honeſtas [n], & verecundia caſtis moribus perſeueret. Dat. 7. Kal. Maij, Conſtantinop. Arcad. IV. & Honor. III. AA. Conſſ.

[l] *Huius vocabuli interpretatione͂ pete ex Suida. v. Alcia. hic.*
[m] *C. T. 15. 6. 1.*
[n] poteſtas, & honeſtas.

## VT ARMORVM VSVS INSCIO principe interdictus ſit,

### Tit. XLVI.

*Nulli licet arma portare ſine principis licentia. Bart.*

1. Impp. *Valentinianus & Valens* AA. ad Bulephorum Conſ. Campaniæ [o].

NVLLI prorſus nobis inſcijs atque inconſultis quorumlibet armorum mouendorum copia tribuatur. Dat. 3. Non. Octob. Altini, diuo Iouiano & Varroniano Conſſ.

[o] *C. T. 15. 15. 2.*

## DE [a] AGRICOLIS, ET CENſitis [b], & colonis,

### Tit. XLVII.

1. Imp. *Conſtantinus* A. ad Æmilianum P.P.

NVNQVAM [c] ſationibus [d] vel colligendis frugibus inſiſtentes agricolæ ad extraordinaria onera trahantur: cùm prouidentiæ ſit, opportuno tempore his neceſſitatibus ſatisfacere.

*Non poteſt quis vendere prædium, & retinere agricolas in dicto prædio exiſtentes. Bart.*

2. Imp. *Conſtantin.* A. ad Dulcitium Conſ. Æmiliæ. [e]

SI quis prædium vendere voluerit, vel donare: retinere ſibi transferendos ad alia loca colonos priuata pactione non poſſit. Qui enim colonos vtiles credunt: aut cum prædijs eos tenere debent, aut profuturos alijs derelinquere, ſi ipſi prædium ſibi prodeſſe deſperant. Dat. 3. Kal. Maij, Med. Conſtãtio A. IX. & Iuliano C. II. Conſſ.

3. Impp. *Valentin. & Valens* Auguſti, Fauentio Vic. Italiæ. [f]

QVisquis ex deſertis agris veluti vagos ſeruos liberalitate noſtra fuerit conſecutus: pro fiſcalibus penſitationibus ad integrã terræ [g] profeſſionem, ex qua videlicet ſerui manare videtur, habeatur obnoxius, id etiam circa eos obſeruari volumus, qui ex huiuſmodi fundis ſeruos ad poſſeſſiones ſuas tranſire permiſerint. Dat. Prid. Kal. Aug. Med. Valentin. & Valente AA. Conſſ.

*Domini, non coloni, vel cenſiti pro eorum prædijs ſoluere tributa tenentur. Bart.*

4. Iidem AA. ad Modeſtinum [i].

HI, penes quos fundorum dominia ſunt, pro his colonis originalibus, quos in locis eiſdem cenſitos [k] eſſe conſtabit, vel per ſe vel per exactores [l] proprios recepta compulſionis ſolicitudine, implẽda munia functionis agnoſcant. Sanè quibus terrarum erit quantulacunque poſſeſſio, qui in ſuis conſcripti locis proprio nomine libris cenſualibus detinentur: ab huiuſmodi præcepti communione diſcernimus, eos enim conuenit propriæ cõmiſſos mediocritati, annonarias functiones ſub ſolito exactore agnoſcere. Dat. Kal. Maij, Conſtantinop. Gratiano A. & Dagalaifo Conſ.

5. Iidem AA. ad Oricum P.P.

DOmini prædiorum id, quod terra præſtat, accipiãt: pecuniã non requirant, quam ruſtici optare [m] non audent: niſi conſuetudo prædij non exigat.

6. Iidem AA. & *Gratia.* A. ad Germanianum.

OMnes omnino fugitiuos adſcriptitios, colonos vel inquilinos, ſine vllo ſexus, muneris, conditioniſq; diſcrimine, ad antiquos penates, vbi cenſiti atq; educati natique ſunt, prouincijs præſidentes redire compellant.

*Sicut coloni originarij abſq; terra non alienantur, ita nec etiam cenſiti. Bart.*

7. Iidem AA. ad Maximum.

QVemadmodum originarios abſq; terra, ita ruſticos cenſitoſq; ſeruos vendi omnifariã non licebit. Neque verò cõmento fraudis id vſurpet legis illuſor [n], quod in originarijs [o] ſæpe eſt actitatum [p], vt parua portione terræ emptori tradita, omnis integri fundi cultura adimatur: ſed cùm ſoliditas fundorum vel certa portio ad vnumquemq; perueniat, tanti quoque ſerui & originarij tranſeant, quanti apud ſuperiores dominos & poſſeſſores vel in ſoliditate vel in parte mãſerunt: & emptor pretium quod dederit, amiſſum exiſtimet: nihilo minus venditori ad repetendos ſeruos cum agnatione eorum vindicatiõne conceſſa. & ſi aliqua deniq; ex cauſa diſſimulauerit legis vſurpare beneficium, atque iſte ſub hac taciturnitate deceſſerit: & hæredibus eius & contra hæredes emptoris vindicationem damus, lõgi temporis præſcriptione ſubmota. Malæ fidei [q] namq; poſſeſſorem eſſe nullus ambigit, qui aliquid contra legum interdicta mercatur.

8. Iidem AA. ad Probum.

OMnes profugi in alieno latebras collocantes, cum emolumentis tributarijs, ſalua tamẽ moderatione; reuocentur: ſcilicet vt ſi hi homines apud quos reperiuntur, alienos eſſe nouerant [r] fugitiuos, & profugis in lucrum ſuum vſi ſunt, hoc eſt, ſiue excoluerunt agros fructib. dominis profuturos, ſiue aliqua ab hiſdẽ ſibi iniuncta nouerunt, nec mercedem laboris debitã cõſecuti ſunt: ab illis tributa quę publicis perierunt functionibus,

[a] *Baſ. lib. 52. ti. 1.*
[b] *Cenſiti, qui & capite cenſiti à Iuliano in Nouellis dicuntur, ſunt cenſibus quaſi adſcripti, ſiue adnotati, qui capitis cẽſum præſtant, et ij quidem ſerui ſunt: coloni verò, qui liberi ſunt, terra tã quàm domini habentur: & tantũ domino terræ reditus certos ac penſiones præſtãt in pecunia vel in ſpeciebus pro ſolo. Cuia. hic.*
[c] *C. T. 11. 16. 4.*
[d] rationibus *legit Cuiac.*
[e] *C. T. 13. 10. 1.*
[f] *C. T. 11. 1. 12.*
[g] glebæ, *in C. Th.*
[h] obſeruare.
[i] *C. T. 11. 1. 14.*
[k] cenſos, *in C. Th.*
[l] actores, *in C. Th.*
[m] *Id eſt,* εὐχέσθαι. *Cuiac.*
[n] illuſio.
[o] originarios.
[p] agitatum.
[q] Mala fide.
[r] nouerunt, *al.* nominauerunt.

exigantur. Cæterum ſi occultato eo profugi, quòd [a] alieni eſſe videretur, quaſi ſui arbitrij ac liberi apud aliquem ſe collocauerunt, aut excolētes terras, partem fructuum pro ſolo debitam dominis præſtiterunt, cætera proprio peculio reſeruantes, vel quibuſcumque operis impenſis mercedem placitam cōſecuti ſunt: ab ipſis profugis quæcunque debentur, exigentur. nam manifeſtum eſt priuatum iam eſſe contractum. Si qui verò inter agricolas (vt aſſolet [b]) ex quibuſcumq; commercijs huiuſmodi hominibus eſſe inueniuntur debitores: coram partibus conſtitutis iudex ab obnoxijs quod debetur, expoſcat.

[a] qui.
[b] ſolet.

9. Iidem Auguſti ad Populum [c].

IMmunitates ſpecialiter datæ, & iugatio, & capitatio libris publicis, & ciuitatum aut prouinciarum encautarijs [d] ſine aliqua probatione factæ penes fruentes ereptæ in functionem priſtinam redeāt. Dat. 3. Non. Mart. Mediol. Merobaude II. & Saturnino Coſſ.

[c] *C.T.* 13.10.6.
[d] *Sic in C. Th. Cont.* euctetis, *legit Alc.*

10. Iidem Auguſti Cynegio P.P.

CVm ‖antea‖ per ſingulos viros, per binas verò mulieres, capitis norma ſit cenſa: nunc binis ac ternis viris, mulieribus autem [e] quaternis, vnius [f] pendendi capitis attributū eſt. Quocirca ſublimitas tua huiuſmodi cenſus per Comanenſium [g] & Ariaratenſium [h] & Armeniæ ſecundæ, Amaſenorum Helenoponti [i], & Diocæſarienſium Cappadociæ ſecundæ vrbes, ſalubris ac temperatæ peræquationis modum monumentis publicis iubebit annecti.

[e] aut.
[f] ius vnius.
[g] Comagenēſium & Amaſtrienſium, *Alcia. hic.*
[h] *De Ariata Stephanus: al.* Ariatēſiū.
[i] *al.* Amaſinorum Helleſpōti, & Eleocæſarienſiū. *al.* Armazenorum v. *hic Cuiac.*

11. Impp. *Arcad. & Honor.* AA.

ORiginarios colonos nullis priuilegijs, nulla dignitate, nulla cenſus auctoritate excuſari præcipimus: ſed amputatis omnibus, quæ aliquoties per gratiā ſunt elicita, domino vel fundo eſſe reddendos.

*Adſcriptitij & cenſiti penes dominos debent remanere: Bart:*

12. Iidem Auguſti Florentino.

SEruos vel tributarios, vel inquilinos apud dominos ſuos volumus remanere. Nam cùm metu damni deterritus vnuſquiſq;, eum quem incognitum habuerit, à ſe cœperit propulſare: voluntas fugiendi ſeruis non erit. Nemo enim dominum ſuum deſerit, ſciens nuſquam ſibi latendi locum eſſe derelictum: ſed aut cognitum ſibi ingenuum vnuſquiſque ſuſcipiet: aut eum, qui ſe liberū eſſe ſimulauerit, à ſe ſubmouebit, metuens his, quæ ſtatuta ſunt, obnoxius fieri. Si quis ex memoratis fugitiuis apud quemlibet fuerit repertus, duodecim libras argenti fiſco noſtro inferat detentator. ipſi autem cuius fuerit, præter eundem fugitiuum, alterum etiam eiuſdem æſtimationis inferre decernimus.

*Liberi ſuſcepti ex vtroq; vel altero parente cenſito, paternam ſequuntur conditionem. Bart.*

13. Iidem Auguſti Vincentio P.P.

DEfinimus, vt inter inquilinos colonósve (quorum quantum ad originem pertinet vindicādam, indiſcreta eademq; penè [k] videtur eſſe conditio, licet ſit diſcrimen in nomine) ſuſcepti liberi, vel vtroque vel neutro [l] parente cenſito ſtatum paternæ conditionis agnoſcant. 1 ¶ Illud etiam ſeruandum eſt, vt ſi quando vtriuſq; fundi idem dominus de poſſeſſione referta cultoribus ad eam coloniam, quæ laborabat tenuitate, colonos tranſtulerit, ijdemq; fundi ad diuerſorum iura dominorum qualibet ſorte tranſierint: maneat quidem facta tranſlatio, ſed ita, vt prædij eius dominus, a quo coloni probantur fuiſſe traducti, tranſlatorum agnationem reſtituat.

[k] pœna, *ſed malè.*
[l] alterutro.

14. Iidem Auguſti Vincentio P.P. Galliarum poſt alia [m].

SI coloni, quos bona fide quiſq; poſſidet, ad alios fugæ vitio tranſeuntes, neceſſitatem propriæ conditionis declinare tentauerint: bonæ fidei poſſeſſori primum oportet celeri reformatione ſuccurri: & tunc cauſam originis & proprietatis agitari [n]. Dat. 4. Id. Iul. Mediolani, Stilichone & Anthemio Coſſ.

[m] *C.T.* 4.21.1.
[n] *Quæ hic detracta ſunt è* C.T.

15. Impp. *Honor. & Theod.* AA.

COlonos, numquam fiſcalium nomine debitorum, vllius exactoris [o] pulſet intentio: quos ita glebis inhærere præcipimus, vt nec puncto quidem temporis debeant amoueri.

[o] exactionis.

16. Iidem AA. Palladio.

MVlier, quæ fuiſſe originaria docebitur, ſi cuiuſcunque liberi hominis ſecuta conſortium, in vrbibus, vel in quibuſcumq; locis victura cōſtiterit: eius omnē ſobolē ſecundū vetera cōſtituta cōueniet reuocari.

17. Iidem AA. Ioanni P.P.

PEr colonum præiudicium poſſeſſioni, inuito vel inſcio domino, imponi non poſſe, & iure & legum auctoritate declaratur.

18. [a] Imp. *Anaſtaſius.* *

AGricolarum alij quidem ſunt adſcriptitij, & eorum peculia dominis competunt: alij verò tempore annorum triginta coloni fiunt liberi manentes cum rebus ſuis, & ij etiam cogūtur terram colere & canonem præſtare. Hoc & domino & agricolis vtilius eſt.

[a] *Hanc legem Græcā & Latinam edidit Cuiac. cuius mentiò fit in l. 23. & ab Euſtathio lib. de temporib.*

*Coloni adſcriptitij ad nullum honorem etiam humilioris militiæ vocantur. Bart.*

19. Impp. *Theod. & Valentin.* AA. Probo P.P.

COlonos nulla ratione ad vllum quamuis humilioris militiæ locum ſinimus admitti: ſed nec apparitores magiſteriæ poteſtatis, cēſibus adſcriptos probari concedimus: quia in hac parte & dominorum iuri, & publicæ conſulimus honeſtati.

20. Imp. *Iuſtinianus* A. Demoſtheni præf. prætorio.

LItibus imponentes celeritatem, ſancimus, ſi quando coloni cuiuſcumq; conditionis cōtra dominos terræ declamauerint, ſuper hoc ipſo dubitantes, vtrum is terræ dominus eſt, nec ne: an ipſi coloni dominium ſuę terræ poſſident: (eos tamen dicimus qui non ex longo prolixoque tempore, vel longinqua, & inueterata redituum ſuſceptione ſufficientem habent cautelam: in quibus caſibus ne contradicendi quidem licētia colonis relinquitur, longi temporis præſcriptione, vel redituū frequentiſſima conſequentia [b], colonorum impetum [c] excludente) talem eſſe ſuper redituum vel publicarum functionum præſtatione formam cenſemus, vt ſi tales coloni quales prædiximus, idoneum fideiuſſorem totius ſummæ quæ ab his penditur, præſtiterint, quod omnes reditus ſine vlla procraſtinatione, ſi melior cauſa dominorum iudicetur, eis reſtituent, & talis fideiuſſor per triennium accipiatur, eoq; impleto iterum remouetur [d]: coloni in medio nullo modo ſuper reditibus à dominis inquietentur. 1 ¶ Si autem hoc coloni minimè facere voluerint vel potuerint: tunc ijdem reditus per officium iudicis annui exigantur per ſolita tempora in quæ etiam dominis pendebantur, & deponātur in æde ſacra [e], vel [f] in κειμηλιαρχείῳ ciuitatis ſub qua poſſeſſio ſita eſt: vel ſi localis eccleſia ad ſuſceptionem pecuniarum idonea nō ſit, in metropolitana eccleſia remaneant cum omni cautela: & poſt pleniſſimam definitionem vel dominis dentur, vel colonis reſtituantur. 2 ¶ Sin autē redi.us non in auro, ſed in ſpeciebus inferuntur [g] vel in totum, vel in partem [h]: iterum [i] per officium iudicis fructus vendātur, & pretia eorum ſecundum prædictum modum deponantur. 3 ¶ Hæc de reditib. definientes, ad publicas trāſeamus functiones. Et ſi quidem coloni more ſolito eas dependebant [k], ipſi maneāt in priſtina conſuetudine, nullo præiudicio dominis generando, qui etiam [l] quieſcentibus colonis, & non contradicentibus, ad publicum tributarias functiones minimè inferebant. Sin autem moris erat dominos totam ſummam accipere, & ex ea partem quidem in publicas vertere functiones, partem autem in ſuos reditus [m] habere: tunc ſi quidem fideiuſſor à colonis detur, eundem fideiuſſorem dominis ſine præiudicio litis tantam ſummam inferre, quātam tributa publica faciunt, vt à dominis publicis rationibus perſoluatur: nullo ex hoc colonis præiudicio generando. ſuper reditib. enim, domini fideiuſſione fiant cōtenti. 4 ¶ Sin autem fideiuſſione [n] ceſſante ad ſequeſtrationem res veniant, & pecuniæ deponantur [o]: ex earum ſumma tantā [p] iudices ſeparare, quanta ad publicas ſufficiat [q] functiones: & eam diſpoſitionem dominum accipere: quatenus ipſe eā perſoluens, publicas accipiat ſecuritates: reliqua quantitate, quæ in reditus puros remanet, in tuto collocanda, & litis terminum expectante: nullo præiudicio ſiue colonis ſiue dominis ex huiuſmodi fideiuſſione, vel ſequeſtratione, vel publicarum functionum ſolutione generando: ſed omni cauſa in ſuſpenſo manente, donec iudicialis ſententia, quæ de toto negotio procedit, omnem rem aperiat, & oſtendat quis dominus terræ conſtitutus eſt [r], & ad quem publicarum functionū ſecuritas debet [ſ] in poſterū fieri, ſeu reditus peruenire, vel permanere. Recitata ſepties [t] in nouo conſiſtorio palatij Iuſtiniani. Dat. 15. Kal. Octob. Chalcedone, Decio V.C. Coſ.

[b] *Diuturna et continua reditũ præſtatio poſſeſſionē confirmat, & vim longi tēporis præſcriptionis habet. vid. l. cùm de in rem verſo. ff. de vſur.*
[c] impetus.
[d] renouetur.
[e] ędē ſacram.
[f] id eſt.
[g] inferantur.
[h] ex parte.
[i] interim.
[k] dependant.
[l] &.
[m] ſuum reditum.
[n] fideiuſſore.
[o] *al. additur* &.
[p] tanta.
[q] ſufficiant.
[r] ſit.
[ſ] debeat.
[t] *Legendū*, ſeptimiliario.

*Natus ex adſcriptitio & ſerua, vel adſcriptitia & ſeruo, ventris ſequitur conditionem. Bart.*

21. Idem A. ad Senatum.

NE diutius dubitetur, ſi quis ex adſcriptitia & libero, vel ex adſcriptitia & ſeruo, vel adſcriptitio & ancilla

fuiſſet

fuiſſet editus, cuius ſtatus ſit, vel quæ peior fortuna ſit, vtrúmne adſcriptitia an ſeruilis: ſancimus ea quidem quæ in anterioribus legibus cauta ſunt pro tali progenie quæ ex mulieribus adſcriptitijs & viris liberis progenita ſit, in ſuo ſtatu relinqui: & ſic ſit adſcriptitia proles ex tali copulatione procreata. Si quis autem vel ex ſeruo & adſcriptitia, vel ab ancilla & adſcriptitio fuerit editus, matris ſuæ ventrem ſequatur: & talis ſit conditionis, qualis & genitrix fuit, ſiue ancilla, ſiue adſcriptitia: quod hactenus in liberis tantùm & ſeruis obſeruabatur. Quæ enim differentia inter ſeruos & adſcriptitios intelligatur, cùm vterque in domini ſui poſitus ſit poteſtate, & poſſit ſeruum cum peculio [a] manumittere, & adſcriptitium cum terra dominio ſuo expellere?

[a] *al. additur,* vel ſine eo: *ſed gloſſema eſſe apparet ex Accurſ.*

*Sola confeſſio vel ſcriptura in qua quis enunciatiuè ſe alterius adſcriptitium adſeuerat, nõ præiudicat, nec ſtatum mutat, niſi ſit alijs adminiculis approbata. Bart.*

22. Idem A. Iuliano [b] præfecto prætorio.

CVm ſcimus noſtra iura nolle [c] præiudicium generare cuiquam circa conditionem, neq; ex confeſſionibus, neq; ex ſcriptura, niſi etiam ex alijs argumentis aliquod acceſſerit incrementum: ſancimus ſolam confeſſionem [d] vel aliam quamcunq; ſcripturam ad hoc minimè ſufficere: nec adſcriptitiam cõditionem cuiquam [e] inferre, ſed debere huiuſmodi ſcripturæ aliquod aduenire adiutorium: quatenus vel ex publici cenſus adſcriptione, vel alijs legitimis modis talis ſcriptura adiuuetur. melius etenim eſt in huiuſmodi difficultatibus, & pluribus capitulis conditiones oſtendi, & non ſolis confeſſionibus [f] neque ſcripturis homines fortè liberos ad deteriorem detrahi fortunam. Sin autẽ eſt ſcriptura, & poſt ſcripturam cõfeſſio ſeu depoſitio (ſine vi & neceſſitate tamen) interuenerit (quid enim ſi conditionale [g] inſtrumentum, vel aliam chartulam in qua ſubſcripſit [h] ‖ & intimauit ‖ & inter acta depoſuit ſeſe colonum fuiſſe adſcriptitium?) tunc ex vtroq; genere obligationis, id eſt, tam ſcripturæ, quam cõfeſſionis vel depoſitionis, talem eum eſſe credendum, qualem ſe & ſcripſit, & inter acta depoſuit.

[b] *al.* Ioanni.
[c] nullum.
[d] conductionem *in quib. veter. lib. quã lectionem magis probat Cuiac. & Græcorum auctoritate cõfirmat.*
[e] cuidam.
[f] conductionibus.
[g] conductionale. *ex Græcis emendat Cuiac.*
[h] ſcripſit.

1 ¶ Illud quoq; non ineleganter dubitabatur, ſi coloni filius per triginta annorũ curricula, vel forſitan per quadraginta ſeu ampliora adhuc viuente patre, & agriculturam peragente, ipſe in libera conuerſatione [i] morabatur, & dominus terræ, quia per patrem ei ſatisfiebat [k], non etiam præſentiam eius exigebat: an poſt obitum patris, vel poſtquam fortè inutilis is exiſtat, & ruri non idoneus, poteſt excuſari filius longinqua libertate abutendo: & quòd per multos annos neq; agrum coluit, neq; aliquid colonarij operis celebrauit, cùm non poſſit dominus incuſari propter ſuam deſidiam, cui per patrem eius omne quod voluerat, accedebat. in omnibus itaq; huiuſmodi ſpeciebus ſatis acerbũ nobis videtur, domino præiudicari [l] colonorum abſentia [m], qui rure [n] nati, & poſtea abſentes, per ſuos vel patres, vel fratres, vel cognatos, agriculturã peragebant: cum enim pars quodammodo corporis eius per cognationem in fundo remanebat, non videtur neq; abeſſe, neq; peregrinari, neque in libertate morari. Maneat itaq; domino ius inconcuſſum, & donec eius vel antiquitas vel poſteritas vel cognatio in agrum remanet, ipſe videatur ibi reſediſſe.

[i] conditione. *quã varietatem & Accurſius notauit.*
[k] ei ſatisfaciebat.
[l] prẹiudicare.
[m] abſentiam.
[n] ruri, *al.* in rure.

*Adſcriptitius fugiens ſicut ſeruus ſui furtum facit, licet liber ſit: & ideo à tali fortuna non liberatur triginta annorum ſpatio: ſed cum ſua ſobole idem adſcriptitius remanet. Bart.*

23. Idem A. Ioanni [o] præfecto prætorio.

CVm ſatis inhumanum eſt, terrã quæ ab initio adſcriptitios [p] habebat, ſuis quodammodo membris defraudari, & colonos in alijs [q] terris demorantes, dominos terræ maximis damnis afficere, cenſemus, quemadmodum in curialium conditionẹ nemo ex temporali curſu liberatur: ita nec adſcriptitiæ cõditioni ſuppoſitus, ex annalibus curriculis quantacunque emanauerint, vel quacunque prolixa negotiatione aliquis ſibi vindicet libertatem: ſed remaneat adſcriptitius, & inhæreat terrẹ. & ſi ſe celauerit, vel ſeparare ſe conatus fuerit, ſecundum exemplum ſerui fugitiui ſeſe diutinis [r] inſidijs furari intelligatur: & ſit ſuppoſitus vnà cum omni ſobole ſua (etſi in alia terra eam fecerit) huiuſmodi fortunæ & capitali illationi: nulla liberatione ei penitus cõpetente. 1 ¶ Cùm autem Anaſtaſiana lex homines qui ‖ per [s] ‖ triginta annos colonaria detenti ſunt conditione, voluerit liberos quidem permanere, non autem habere facultatem terra derelicta in alia loca migrare: & ex hoc quærebatur, ſi etiam liberi eorum cuiuſcunq; ſexus, licet nõ per 30. annos fuerint [t] in fundis vel vicis, deberent colonariæ eſſe cõditionis, aut [a] tantummodo genitor eorum, qui per triginta annos huiuſmodi conditioni illigatus eſſet: ſancimus liberos colonorum eſſe quidem in perpetuum ſecundum præfatã legem liberos, & nulla deteriori conditione prẹgrauari: non autem habere licentiam relicto ſuo rure ad aliud migrare: ſed ſemper terræ inhæreant, quã ſemel colendam patres eorum ſuſceperunt. Caueant autem poſſeſſionum domini, in quibus tales coloni cõſtituti ſunt, aliquam innouationem vel violẽtiam eis inferre. ſi enim hoc approbatum fuerit, & per iudicẽ pronuntiatum: ipſe prouinciẹ moderator in qua aliquid tale fuerit perpetratum, omnino prouideat & læſionem (ſi qua ſubſecuta eſt) eis reſarcire, & ‖ ſic ‖ veterem conſuetudinem in reditibus præſtandis eis obſeruare: nulla nec tunc licentia concedenda colonis fundum vbi commorantur, relinquere. & hoc tam in ipſis colonis, quam in ſobole eorum, qualiſcunq; ſexus vel ætatis ſit, ſancimus, vt & ipſa ſemel in fundo nata, remaneat in poſſeſſione ſub eiſdem modis eiſdemq; conditionibus ſub quibus etiã genitores eius manere in alienis fundis definiuimus. 2 ¶ Nemini autẽ liceat vel adſcriptitium vel colonum alienum ſcienti prudentiq; in ſuum rus [b] ſuſcipere: ſed & ſi bona fide eum ſuſceperit, poſtea autem repererit eum alienum eſſe conſtitutum, admonente domino vel ipſius adſcriptitij, vel terræ, & hoc faciente per ſe, vel per procuratorem ſuũ, hunc reſtituere eum cum omni peculio & ſobole ſua. & ſi hoc facere ſuperſederit: omnis quidẽ temporis quo apud eum remoratus eſt, publicas functiones ſiue terrenas ſiue annales [c] pro eo inferre cõpelletur: cura & prouiſione tam eminentiſſimæ præfecturæ, quam præſidis prouinciæ. coartetur autem ſic ad reſtitutionem eius ſecundum veteres conſtitutiones, & pœnas in eis inſertas.

[o] *al.* Iuliano.
[p] adſcriptiones: *ſed malè.*
[q] alienis.
[r] diutius.
[s] *al. deeſt.*
[t] *In veter. lib. legitur, vt adnotat Cuia. et reperi in lib. Aure. & duobus al. manuſ.* licet non 30. annos fecerint.
[a] an tantummodò.
[b] *al.* ius.
[c] *al.* animales, *quam varietatem Accurſ. notauit.*

*Mulieres liberæ cum adſcriptitijs matrimonium contrahentes, non perdunt ipſi nec eorum poſteri libertatem. Bart.*

24. Idem A. Ioanni [d] præfecto prætorio.

SI qui adſcriptitiæ conditionis conſtituti, mulieres liberas quacunq; mente aut quacunq; machinatione, ſiue ſcientibus, ſiue ignorantibus dominis ſibi vxores coniunxerunt vel coniunxerint [e]: in ſua libertate permanere, tam eas, quam prolem quæ ex his cognoſcitur procreata, ſancimus: illo proculdubio obſeruando, vt ſi ex libero marito & adſcriptitia vxore partus fuerit editus: is maternæ conditionis maculam, & non paternam ſequatur libertatem. ſed ne adſcriptitij [f] putet ſibi impunitum eſſe tale conamen, quod maximè verendum eſt, ne liberarum mulierum nuptijs ab his excogitatis paulatim huiuſmodi hominum conditio decreſcat: ſancimus, ſi quid tale fuerit ab adſcriptitio perpetratũ, habere liberam poteſtatem dominum eius, ſiue per ſe, ſiue per præſidẽ prouinciæ talem hominẽ moderata corrigere caſtigatione, & abſtrahere à tali muliere. quod ſi neglexerit, ſciat in ſuum damnum huiuſmodi deſidiam [g] reuerſuram.

[d] *al.* Hermogeni magiſtro officiorum.
[e] *Iuſtinia. in Nouell. 54. ait hæc verba callidè à quibuſdam accepta, ideoq; ea interpretatur in illa Nouel. Contius.*
[f] *Coniunge l. vnic. §. vlt. de S. C. Claud. tol. ſupr.*
[g] reſidiam.

## DE CAPITATIONE [h] CIuium [i] cenſibus eximenda,

## Tit. XLVIII.

1. Imp. *Conſtantinus* ad Euſebium V. P. Præſidem Lyciæ & Pamphyliæ [k].

PLEBS vrbana (ſicut in Oriẽtalibus quoq; prouincijs obſeruatur) minimè in cẽſibus pro capitatione ſua conueniatur: ſed iuxta hanc iuſſionem noſtrã immunis habeatur [l]. Dat. Kal. Iun. Conſtantino A. III. & Licinio III. Coſſ.

[h] *Capitatio eſt cenſus capitis.*
[i] *ſ.* Romanorum.
[k] *C. T.* 13. 9. 8.
[l] *Detracta ſũt quædã e C. T.*

## IN QVIBVS CAVSIS COLONI cenſiti [m] dominos accuſare poſſint,

## Tit. XLIX.

1. Imp. *Conſtantinus* A. ad Maximum vic. Orien.

QVISQVIS colonus plus à domino exigitur, quàm ante conſueuerat, & quàm in anterioribus temporibus exactũ eſt: adeat iudicem, cuius primùm poterit habere præſentiam, & facinus comprobet: vt ille qui conuincitur amplius poſtulare, quàm accipere conſueuerat, hoc facere in poſterum prohibeatur, prius reddito quod ſuperexactione perpetrata noſcitur [n] extorſiſſe.

[m] *al.* capite cenſiti.
[n] dignoſcitur.

*Coloni cenſiti, licet reſpectu aliorum ſint liberi, tamen quo ad perſonas dominorum quibus tributa præſtant, quadam ſeruitute tenentur adſtricti. Bart.*

2. Imperatores *Arcadius & Honorius* AA. Nebridio comiti Aſiæ.

COloni cenſibus duntaxat adſcripti, ſicuti ab his [a] liberi ſunt, quibus eos tributa ſubiectos non faciunt: ita his quibus annuis functionibus & debito conditionis obnoxij ſunt, penè eſt vt quadã dediti ſeruitute videantur [b]: quo minus eſt ferendũ, vt eos audeant lite pulſare, à quibus ipſos, vtpote dominis, vnà cum poſſeſſionibus diſtrahi poſſe non dubium eſt: quam de cætero licentiam ſubmouemus: ne quis audeat domini nomen in iudicio laceſſere: & cuius ipſi ſunt, eiuſdem omnia ſua eſſe cognoſcãt. Cum enim ſæpiſſimè decretum ſit, ne quid de peculio ſuo cuiquam colonorum ignorãte domino prædij aut vendere, aut alio modo alienare liceret: quemadmodum contra eius perſonam æquo poterit iure cõſiſtere, quem nec propria quidem leges ſui iuris habere voluerunt, & acquirendi tantùm, non etiam transferendi poteſtate permiſſa, domino & acquirere & habere voluerunt? Sed vt in cauſis ciuilibus huiuſmodi hominum generi aduerſus dominos vel patronos aditum intercludimus, & vocem negamus (exceptis ſuperexactionibus, in quibus retro principes facultatem eis ſuper hoc interpellandi præbuerunt) ita in criminum accuſatione, quæ publica eſt, non adimitur eis propter ſuam ſuorumque iniuriam experiundi licentia.

[a] al. ſicuti hi liberi.

[b] vt quadam debiti ſeruitu. vid. adſtricti. Quo, &c.

DE COLONIS PALÆSTINIS,

Tit. L.

1. Imppp. *Valentinianus, Theodoſ. & Arcad.* AAA. Cynegio [c] P.P.

CVM per alias prouincias quæ ſubiacẽt noſtræ ſerenitatis imperio, lex a maioribus conſtituta, colonos quodam æternitatis iure detineat, ita vt illis non liceat ex his locis, quorũ fructu releuãtur, abſcedere, nec ea deſerere, quę ſemel colenda ſuſceperunt, neq; id Palæſtinæ prouinciæ poſſeſſoribus [d] ſuffragetur: ſancimus vt etiam per Palæſtinam nullus omnino colonorum ſuo iure velut vagus ac liber exultet, ſed exemplo aliarum prouinciarũ ita domino fundi teneatur, vt ſine pœna ſuſcipientis non poſſit abſcedere: addito eo, vt poſſeſſionis domino reuocandi eius plena tribuatur auctoritas.

[c] al. ciuibus.

[d] poſſeſſionibus.

DE COLONIS THRACENSIBVS,

Tit. L I.

*Thracenſes capitationis tributa non præſtãnt, ſed tributa terræ. Bart.*

1. Impp. *Theodoſ. & Valentin.* AA.

PER vniuerſam diœceſim Thraciarum ſublato in perpetuum humanæ capitationis cenſu, iugatio tantũ terrena ſoluatur. Et ne fortè colonis tributariæ ſortis nexibus abſolutis, vagandi, & quo libuerit recedendi facultas permiſſa videatur, ipſi quidẽ originario iure teneantur: & licet conditione videantur ingenui, ſerui tamẽ terræ ipſius cui nati ſunt, exiſtimentur: nec recedendi [e] quo velint, aut permutandi loca habeant facultatem, ſed poſſeſſores eorum iure vtantur & patroni ſolicitudine, & domini poteſtate. Si quis verò alienum colonum ſuſcipiendũ retinendũmve crediderit: duas auri libras ei cogatur exoluere, cuius agros transfuga cultore vacuauerit [f]: ita vt eundem cum omni peculio ſuo & agnatione reſtituat.

[e] redeundi.

[f] *al.* cultore euacuauerit. *al.* vacauerit.

DE COLONIS ILLYRICIANIS [g],

[g] Illyricanis, *al.* Illyrianis.

Tit. L I I.

*Coloni Illyriciani origine, à terra ſeſeparare non poſſunt. Bart.*

1. Imppp. *Valentin. Theodoſ. & Arcad.* AAA.

COlonos, inquilinoſque per Illyricum, vicinasq; regiones, abeundi rure in quo eos originis agnationiſque merito certum eſt immorari, licentiam habere nõ poſſe cenſemus. Inſeruiãt terris non tributario nexu, ſed nomine & titulo colonorum: ita vt ſi abſceſſerint, & ad alium tranſierint: reuocati, vinculis pœniſque ſubdantur: maneatq; eos pœna, qui alienum & incognitum recipiendum eſſe duxerint: tam in redhibitione operarũ, & damni quod locis quæ deſeruerant, factũm eſt: quàm multæ, cuius modum in auctoritate iudicis collocamus: ita vt etiam dominus fundi in quo alienus fuiſſẽ mõſtrabitur, pro qualitate peccati coercitionem ſubire cogatur: nec ſit ignorantiæ locus, cùm ad criminis rationem ſolum illud ſufficiat, quod incognitum ſibi tenuit. Seruum etiam in memoratis regionibus ſi quis receperit, ignorationis excuſatione ſublata, quadrupli pœna teneatur, operarum præterea compendijs damniſq; præſtitis. In libertis etiã quos pari vſurpatione ſuſceperit, is modus ſit, quem circa liberos colonos duximus retinendum.

VT NEMO AD SVVM PATROCInium ſuſcipiat ruſticanos, vel vicos eorum,

Tit. L I I I.

1. Impp. *Leo & Anthemius* AA. Nicoſtrato P.P.

SI [a] quis [b] poſt hanc noſtri numinis [c] ſanctionem, in fraudem circunſcriptionemq; publicæ functionis, ad patrocinium cuiuſcunque conditionis cõfugerit: id quod huius rei gratia geritur ſub prætextu donationis vel venditionis, ſeu conductionis, aut cuiuſlibet alterius contractus, nullam habeat firmitatem: tabellionibus qui talia inſtrumenta conſcribere auſi ſunt, bonorum proſcriptione plectẽdis, qui tamen ſcientes auſi fuerint huiuſmodi inſtrumenta conſcribere: vicis etiam vel poſſeſſionibus ad patrocinia confugientium, publico vindicandis. Hæ autem perſonę quæ contra publicam vtilitatem in clientelam ſuſcepiſſe collatores detectæ fuerint: nobiliores quidẽ centum auri librarum condemnationem ſubire cogentur: mediocris verò fortunæ, facultatum ſuarum amiſſione plectentur: eadem pœna multandis etiam his qui intercedentes miniſterium ſuum huiuſmodi nefarijs actibus [d] improbamente præbuerint. Quam formam ex eo quidem tempore, quod ſacra cõſtitutio à diuæ memoriæ Martiano promulgata continet, id eſt, in Thracica [e] quidem diœceſi abhinc annis triginta, hoc eſt à conſulatu Aetij ſecundo, & Sigisbuldi: in Orientali verò, & Ægyptiaca, & Pontica, & [f] Aſiana diœceſi, vigintiſex [g]: hoc eſt, à conſulatu Cyri valere, atque executioni mandari præcipimus. Dat. Kalen. Septemb. Anthemio A. II. Conſule.

[a] *Ecl. lib. 7. tit. 9. ex lib. 56. tit. 13. c. 1.*

[b] *Pars l. vlt. §. de exactorib. tributorum.*

[c] nominis, *vt de Saluianũ libr. 5. de prouid. Dei.*

[d] artibus.

[e] Thracia.

[f] & iterum.

[g] *al.* vigintiocto, *al.* XXIX.

2. [h]

[h] *Eclo. d. loco. c. 2.*

NE quis vicanis patrocinium polliceatur, vel agricolas in clientelam ſuſcipiat redituum alteriúſve lucri promiſſione recepta. & vt qui hæc non ſeruauerit, ſupradictis pœnis maioríque commotioni ſubiaceat. Præterea vt vicani ſi ſerui ſint, dominis caſtigati reddantur: ſi liberi, xx. libris multentur, & verberati vnà cum decem prioribus vici in perpetuum relegentur, dummodo ſcientibus omnibus ſeceſſerint.

3. Imp. *Iuſtinianus* A.

SI cuiuſlibet tributarius iunxerit ſibi tributariam vxorem, vel econtrario ſi cuiuſlibet ancilla ſeruo ſe iunxerit alieno: tam tributarij quam ſerui filios, matrum ſequi conditionem, earumq; more genitricum ſuarum dominis ſubditos eſſe cenſemus.

NE [i] RVSTICANI AD VLLVM obſequium deuocentur,

[i] Vt.

Tit. L I I I I.

1. Impp. *Dioclet. & Maxim.* AA. & CC.

NE quis ex ruſticana plebe, quæ extra muros [k] poſita capitationem ſuam detulit, & annonam congruam præſtat, ad vllum [l] aliud obſequium deuocetur: neque à rationali [m] noſtro mularum fiſcalium vel equorum miniſterium ſubire cogatur [n]. ‖Sine die & conſule [o].‖

[k] *Id eſt, extra metrocomias. Cont.*

[l] nullum.

[m] rationabili.

[n] cogantur.

[o] *Sic in man.*

2. Impp. *Valentinian. & Valens* AA. ad Probum P.P. Illyrici [p].

[p] *C. T. 11. 11. 1.*

SI qui eorum qui prouinciarum rectoribus obſequuntur, quíque in diuerſis agunt officijs principatus, & qui ſub quocunque prætextu publici muneris poſſunt eſſe terribiles, ruſticano cuipiam neceſſitatem obſequij quaſi

quij quaſi mancipio ſui iuris imponant, aut ſeruum eius vel fortè bouem in vſus proprios neceſſitateſque conuerterint[a]: ablatis[b] omnib. facultatibus, perpetuo ſubiugentur exilio[c]: & nihilo minus ruſticanum, qui ſe in eiuſdem opera[d] ſponte propria detuliſſe deſponderit, par pœnæ ſeueritudo conſtringat. Dat. prid. Kal. Octob. Agrippinæ, Valentiniano & Valente Coſſ.

## NON LICERE HABITATORIbus Metrocomiæ[e] loca ſua ad extraneum transferre, Tit. LV.

1. Impp. *Leo & Anthemius* Auguſti, Nicoſtrato P.P.

IN illis[f] quæ metrocomiæ communi vocabulo nuncupantur, hoc adijciēdum neceſſariò noſtra putauit humanitas, vt nulli extraneo illic quoquo modo poſſidendi licentia tribuatur[g]: ſed ſi quis ex ijſdem vicariis[h] loca ſui iuris alienare voluerit, non licere ei, niſi ad habitatorem adſcriptum eiuſdem[i] metrocomiæ, per qualemcunq; contractum terrarum ſuarum dominium poſſeſſionemque transferre: ſciente perſona extranea, quòd ſi contra vetitum ſe huic negotio immiſcere, vel illic poſſidere tentauerit: quicunque contractus initus fuerit, carebit effectu: & contractu ſoluto, ſi quid præſtitum eſt, hoc tantum reddetur. Dat. Kal. Sept. Anthemio A. II. Coſ.

## VT NVLLVS EX VICANEIS[k] pro alienis vicaneorum debitis teneatur, Tit. LVI.

1. Imp. *Zeno* Auguſtus.

GRAVE[l] eſt non ſolum legibus, verumetiam æquitati naturali contrarium pro alienis debitis alios moleſtari. idcirco huiuſmodi iniquitates circa omnes vicaneos perpetrari modis omnibus prohibemus.

## DE CENSIBVS[m] ET CENſitoribus, & peræquatoribus, & inſpectoribus, Tit. LVII.

1. Imp. *Conſtantinus* Auguſtus ad populum[n].

QVONIAM tabularij ciuitatum per colluſionem potentiorum ſarcinā ad inferiores trāsferunt: iubemus, vt quiſquis ſe grauatū probauerit, ſuam tantùm priſtinam profeſſionem agnoſcat. Datum XV. Kalend. Febr. Romæ, Conſtantino A. III. & Licinio Coſſ.

2. Imppp. *Gratianus, Valentinianus, & Theodoſius*, Auguſti, Eutropio P.P.[n]

QViſquis[o] vitem ſucciderit, aut feracium ramorum fœtus vetauerit[p], quò declinet fidem cenſuum & mentiatur callidæ paupertatis ingenium: mox detectus, competenti indignationi ſubijciatur[q]: illo videlicet euitante[r] calumniam, qui fortè detegitur laboraſſe pro copia, ac ‖ pro[ſ] ‖ reparandis agrorum fœtibus, non ſterilitatem aut inopiam procuraſſe. Datum prid. Non. Iun. Conſtantinop. Eucherio & Syagrio Coſſ.

3. Iidem Auguſti Cynegio PP.[t]

SI peræquatore miſſo aliquis aut procuratorem ſuum retraxerit, aut colonum per[u] contumaciam retractionis[x] fugauerit: ad eum cenſuum modum, quem vel eo vel procuratore illius abſente peræquator appoſuerit, noſtræ ſanctionis auctoritate tenebitur. Datum VI. Kalend. April. Conſtantinopol. Honor. N.P. & Euodio Conſſ.

4. Imppp. *Theod. Arcad. & Honor.* Aug. Rufino PP.[y]

OMne territorium cenſeatur, quotiens defectorum leuamen expoſcitur, vt ſterilia[z] atque erema[a] his, quæ culta vel opima ſunt, compenſentur. Data III. Non. April. Conſtantinop. Theodoſio. A. III. & Abundantio Coſſ.

*Grauati à peræquatore habent facultatem conquerendi intra annum: quo elapſo non audiuntur vlterius. Bart.*

[a] *Multa hic ſunt detracta è C.Th.*
[b] ſublatis.
[c] vltimo ſubiugetur exitio, *in C. Th. ſed pœna immutata eſt à compoſitoribus.*
[d] operas.
[e] *Quid ſit metrocomia, tractat hic Alc.*
[f] *Pars l. vlt. §. de exaction. trib.*
[g] attribuatur.
[h] *aliàs*, vicanis, *hi ſunt* μητροκωμῖται, *de quib. v. hîc Cuiac.*
[i] eidem.
[k] vicanis, *al.* vicariis.
[l] *Huc pertinet l. 2. de exact. C. Th.*
[m] *Vide hîc Cuiac.*
[n] *C.T. 13.9.7.*
[n] *C. T. 13.11.1.*
[o] Si quis, *in C. Th.*
[p] *C.Th.* hebetauerit. *fortè* amputauerit. *al.* vitiauerit.
[q] *Immutata eſt pœna, quæ in Co. Th. expreſſa eſt.*
[r] vitante.
[ſ] *Abeſt à C. T. et quib. lib.*
[t] *C.T. eod. 2.*
[u] ad, *in C.Th.*
[x] retractationis, *in C.Th.*
[y] *C.Th. eo. 3.*
[z] ſqualiora. *in Cod. Th. al.* ſqualidiora.
[a] ieiuna, *in C.Th.*

5. Iidem A A. Rufino P.P.[a]

QVi grauatos ſe eſſe à peræquatoribus[b] conqueruntur, & iniuſto[c] oneri impares eſſe proclamant, competitionis habeant facultatem: vt quid remiſſum gratia, quidve interceptum fuerit fraude, conuincant, & ex eo leuamen accipiant, quod per deformia & criminoſa commercia ſibi impoſitum eſſe deplorant, vt aliis demeretur: quod intra annum poſt codicum oblationem, quo[d] videbitur, de iniuſto onere conqueratur, & iniquitatem peræquatoris accuſet, ac præſtitam gratiam habita compenſatione[e] conuincat: vt quod ei fuerat ſuperfuſum, ille cognoſcat[f], quem debitæ functioni[g] fraus clandeſtina ſubtraxerat. Emenſo autē eo tempore actio denegabitur, exceptis[h] minorib. qui fuerint indefenſi: his etiam, qui abfuerint[i] reipublicæ cauſa: qui tamen ex eo tempore quæ ſunt ſtatuta cuſtodient, ex quo ad agendum habuerint[k] facultatem. Datum 3. Kal. Decemb. Conſtantinop. DN. Theodoſio A. III. & Abundantio V.C. Coſſ.

6. Impp. *Arcadius & Honorius*, Auguſt. Euſebio P.P.[l]

PEræquatores ac diſcuſſores[m] ſi incurrerint culpam negligentiæ, vel gratiæ, non ſolum bonorum[n] iacturam, verumetiam annonarum in quadruplum multam[o] ſubire debebunt: ea verò, quæ in damnum prouincialium fuerint accepiſſe cōuicti, in quadruplum cogentur exoluere. Dat. 4. Kalen. April. Med. Arcadio & Honorio III. AA. Coſſ.

7 Impp. *Honorius & Theodoſius*, Auguſti, Sebaſtio Comi. primi ordinis[p].

APud eum poſſeſſio firma permaneat, cui eam à peræquatore ſemel traditam fuiſſe conſtiterit: reliqua verò temporis anteacti à nouo domino fiſcum poſtulare non patimur, ne alterius culpa alter incipiat ſubiacere diſpendio. Si quis verò priuatus aut obligatam ſibi poſſeſſionem, quæ deſerta vſq;[q] nunc permanſit, aut ex aliquo titulo deberi ſibi iure confirmat: allegationes ſuas ſine mora vel per ſe vel per aliam perſonam legibus ordinatam manifeſtare[r] debebit: ita vt æquitatis ratione ſuadente ad petitorem fuerit tranſlata poſſeſſio: is qui à peræquatore eam ſuſceperit, rei melioratæ ſuſceptis[ſ] ſubleuetur expenſis. Verum ne ſub ſpecie litis donationes[t] ſemel conſtitutæ turbentur, ſex[u] menſium ſpatium cenſemus debere ſeruari: intra quod is qui putat ſibi rem probabili ratione competere, debitas exerceat[x] actiones. Quod ſi tempus adſcriptum ſilentio fuerit interueniente tranſactum: nullum penitus repetendi volumus eſſe principium. Quod ſi quis ‖ ex[y] ‖ eo tempore, quo peræquator prædium alicui addicit, de ſuo iure vel per ſe vel per homines ſuos non crediderit actitandum[z] ſex[a] menſium curriculis euolutis, in perpetuum conquieſcat. Data pridie Idus Mart. Rauennæ, Honorio XI. & Conſtantio II. Coſſ.

## DE OMNI AGRO DESERto, & quando ſteriles fertilibus imponuntur, Tit. LVIII.

*Prædia deſerta decurionibus loci cui ſubſunt, aſſignari debent, cum immunitate triennij. Bart.*

1. Imp. *Conſtantinus* A.

CVM diuus Aurelianus parens noſter ciuitatum ordines pro deſertis poſſeſſionibus iuſſerit conueniri, & pro his fundis qui inueni re dominos non potuerunt, quos præcepera mus earundem poſſeſſionum triennij immunitate percepta de ſolennibus ſatisfacere: ſeruato hoc tenore præcipimus, vt ſi conſtiterit ad ſuſcipiendas eaſdem poſſeſſiones ordines minus idoneos eſſe, eorundem agrorum onera poſſeſſionibus & territorijs diuidantur accepta[b].

2. Idem A.[c]

SI quis ab emphyteuticario ſeu patrimoniali poſſeſſore priuati iuris quippiam comparauerit, cuius ſubſtantia alias poſſeſſiones ſuſtentare cōſueuerat, & ſucciſis quaſi quarundam virium neruis, reliqua labuntur: earum poſſeſſionum onera ſubiturus eſt, quæ penes diſtractorem[d] ‖ inopem[e] ‖ inutiles permanebunt. Dat. 8. Id. Decemb. Theſſal. Feliciano & Tit. Coſſ.

3. Impp. *Valentinian. & Valens*, A A. ad Mamertium. P.P.

[a] *C. Th. eo. 4.*
[b] *Peræquatores ſunt, qui inſpectis prædijs cenſus æquabili ratione imponunt aut emendāt.*
[c] iniuncto.
[d] cui, *in C.T.*
[e] *al.* competitione, *in C.T.*
[f] agnoſcat.
[g] functionis.
[h] ſequeſtratis, *in C.Th.*
[i] abſuerunt, *al.* abierunt.
[k] habere potuerint.
[l] *C.T. eod. 7.*
[m] *Quædā hic ſunt omiſſa è C.T.*
[n] *honorum, in C.T. et vet. quib. lib. quod magis probat Cuia. Græcorum auctoritate.*
[o] multæ, *in C.Th.*
[p] *C.T. e. l. pe. cuius hîc omiſſum eſt initium.*
[q] hucuſque, *in C. T.*
[r] apud ſpectabilitatē tuam publicare, *in C.Th.*
[ſ] receptis, *in C.Th.*
[t] dominationes, *in veter. lib. manuſc. id eſt dominia, in C. T.* dominationis.
[u] duorum, *in C.Th.*
[x] exerat, *in C.T.*
[y] *Abeſt à C. Theo. & quibuſ. manuſc.*
[z] actitatum.
[a] duorum, *in C.Th.*
[b] *Hoc verbū, accepta, eſt ex ſubſcriptione, vt Data.*
[c] *C.T. 11. 1.4.*
[d] deſertorē.
[e] *Abeſt à C. Th.*

QVicunque deſerta prædia meruerint ſub certa immunitate, ad poſſeſſionem impetratorum non prius ſinantur accedere, quàm vel fideiuſſoribus idoneis periculo curialium datis, vel fundis patrimonij ſui maximè vtilibus obligatis, idonea cautione firmauerint ſuſceptam ‖ à ſe ‖ poſſeſſionem nullo detrimento publico relinquendam.

4. Iidem Aug. & *Grat.* A. ad Creſcentium Vic. Afric.[a]

HÆredes ſcripti etiam pro minus idoneis fundis fiſcale onus cogantur agnoſcere: vel ſi renuntiandum hæreditati putent, cedant his omnibus rebus, quas ex ijſdem bonis quocunque titulo & iure perceperint. Dat. 4. Id. Iul. Contionaci, Grat. A. II. & Probo Coſſ.

*Poßidens prædia ſterilia & fertilia, non poteſt renuntiare ſterilib. & fertilia retinere. Bart.*

5. Impp. *Valentinianus & Theodoſ.* Auguſti.

QVi vtilia reipublicæ loca poſſident, permixtione facta etiam deſerta ſuſcipiant vt ſi earum partium grauentur acceſſu, quas antea per faſtidium reliquerunt, cedant aliis curialibus, qui vtraque hac conditione retineant, vt præſtatione ſalua cum deſertis & culta poſſideant, ſublata[b] à paucis, quos iniquum eſt electa retinere: cum municipes grauatura ſit pars relicta.

6. Imppp. *Gratian. Valent. & Theod.* AAA. Nebridio Comiti R. P.[c]

QViſquis[d] conductor fuerit inuentus poſſeſſor fundi ‖ fertilis[e], ‖ qui ex publico vel templorum iure deſcendit, huic ager iungatur inutilior. quòd ſi contra id reluctandum exiſtimauerit, alius poſſeſſor ſub eadem præſtatione quæratur: vel ſi voluntarius qui[f] ſit cõductor non inueniatur, tunc ad poſſeſſores antiquos, id eſt decuriones, vel quoslibet alios loca iuris prædicti adiunctis inutilibus reuertãtur: idoneis fideiuſſoribus præſtitis[g]. Datum XV. Kalend. Feb. CP. Merobaude II. & Saturnino Coſſ.

7. Iidem Auguſti[h].

QVicunq; deſertum[i] fundum patrimonialem exercuerit, & fertilem idoneúmque præſtiterit: ſaluo patrimoniali canone, perpetuo ac priuato iure defendat[k], & velut domeſticum, & auita ſucceſſione quæſitum ſibi habeat, ſuiſque relinquat, neque eum aut promulgatione reſcripti, aut reuerentia ſacræ adnotationis quiſquam à fructu impenſi operis excludat. Cæterùm eos qui opimas[l] ac fertiles poſſident terras, aut etiã nunc ſibi exiſtimant eligendas, pro deſerta[m] ſcilicet portione ſummam debiti præſentis iubemus implere. Illos etiam, qui emphyteuticario nomine, nec ad plenum idoneas, nec omnibus modis vacuas detinent, ſic ex illis quoque quæ[n] præſidio indigent, iuſtam ac debitam quantitatem debere ſuſcipere, vt indulto tẽporis ſpatio, poſt biennium decretum canonem ſoluendum eſſe meminerint. Nemo tamen qualibet meriti & poteſtatis obiectione ſubmoueatur quo minus ad diacatochiæ[o] vicem defectas poſſeſſiones patrimonialis iuris accipiat, earum tributa & canonem ſoluturus: illud ſpeciali obſeruatione procurans, vt primo vicinas, & in eodem territorio ſortiatur: dehinc ſi neque finitimas neque in eiſdem locis repererit conſtitutas, tunc demum etiam longius poſitas: ſed in quantum fieri valet, pro interiecto ſpatio ſibimet cohærentes, pro modo & æquitate ſuſcipiat, vt id conſenſu omnium fiat, quod omnibus profuturum eſt.

*Agrum ſterilem, & tributarium, & deſertum quilibet auctoritate propria poteſt inuadere; ſiue inuadens ſit vicinus, ſiue non.*

8. Impp. *Valentin. Theod. & Arcad.* AAA.

QVi[p] agros domino ceſſante deſertos vel longè poſitos, vel in finitimis, ad priuatũ pariter publicũq; compendium excolere feſtinat: voluntati ſuæ noſtrum nouerit adeſſe reſponſum: ita tamen, vt ſi vacanti ac deſtituto ſolo nouus cultor inſederit, ac vetus dominus intra biennium eadem ad ſuum ius voluerit reuocare, reſtitutis primitus quæ expenſa cõſtiterit, facultatem loci proprij conſequatur. Nam ſi biennij fuerit tempus emenſum, omnis poſſeſſionis & dominij carebit iure, qui ſiluit.

9. Imppp. *Theod. Arcad. & Honor.* Rufino P.P.

QVi fundos patrimoniales iure priuato canone ſaluo ſuſceperint: hanc omnes ſine vllius exceptione perſonæ propoſitã ‖ ſibi[q] ‖ intelligant optionem, vt aut ea loca quibus minor eſt ſoli fœcunditas, cũ his ex quib. fructus vberes capiunt, ſuſcipere & tenere nõ abnuant[r]: aut ſi eorum refugiunt ſterilitatem, opimioribus cedant. Datum 8. Id. Nouemb. Tyro, Arcadio III. & Honorio II. AA. Coſſ.

[a] *C.T.* 11.1.17. *vbi legitur,* Creſcentem.

[b] ſublatis.

[c] *Sic legitur in C.T.* 10.3.4. *vnde hæc lex deſumpta eſt. al.* Iidem Auguſti.

[d] Vt quiſque *in C.T. al.* Vt quiſquis. *al.* Vt quicunq;.

[e] *Abeſt à C.T. & qui. lib.*

[f] quis conductor, *in C.Th.*

[g] præbitis, *in C.Th.*

[h] *in quib. additur,* & Arcadius A. Cynegio P. P.

[i] defectum.

[k] defendatur.

[l] optimas, *al.* opportunas.

[m] defecta.

[n] *al.* qui.

[o] *Vide Alcia. hîc, qui legit* diacatharotię *ſed Cuiacius magis probat excuſam lectionẽ, & diacatochiam interpretatur poſſeßionem ex qua fiſco canõ debetur: vt, ad diacatochiæ vicem, ſignificet, poſſeßionis titulo & iure.*

[p] *Agrum ſterilem, & tributarium, & deſertũ quilibet auctoritate propria poteſt inuadere.*

[q] *al. deeſt.*

[r] abnumerat. *al.* abnumerent.

10. Impp. *Arcadius & Honorius* AA. Eutychiano P.P.

QVi[a] per potentiam[b] fundos opimos ac fertiles occuparunt: cum quęſtuoſis vberibusq; pro rata portione ſuſcipiant infœcundos ex eadem[c] ſubſtantia.

11. Iidem AA. Hadriano P.P.

LOcorum domini intra ſex menſes edictis vocati, reuertantur. qui ſi adfuerint, & propria teneant, & ea quæ ex præterito contraxerint debita, redhibere cogantur. Sin verò ſe impares eſſe earum rerũ tributis propria confitentur abſentia, nec adeſſe voluerint: penes[d] eos qui hæc ſuſceperint, & certum quem tributorum canonem promittunt, proprietas poſſeſſionis intemerata permaneat: vt poſtquam ea[e] exoluerint, ſciant ſibi inquietudinem ſubmouendam, nec ſubreptione cuiuſquã competitionis[f] loca quæ tenuerunt, auferenda: quibus etiam illud indulſimus, vt ex eo tempore ex quo primum loca de quibus agitur, cœperint poſſidere, tributa poſcantur[g].

*Ad tributa prædij ſterilis nullus poßidens fertilia cogitur, niſi poſtquam adſecutus fuerit. Bart.*

12. Impp. *Honor. & Theodoſ.* Auguſti Seleuco P.P.[h]

HAc definitione ſancimus, nullum poſſeſſorem neq; munificum prædium pro alienis debitis vel deſtitutionibus[i] eſſe retinendum[k]: neque eorum prædiorum deſpectione[l] prægrauari, quæ ex ijſdem bonis quæ retinentur[m], nequaquam eſſe monſtrantur[n]: ne[o] vllis præſtigiis atque commentis exactio mutiletur. Dat. prid. Kal. Febr. Rau. Honor. VIII. & Theod. V. AA. Coſſ.

13. Iidem AA. ad Probum.

OMnium prædiorum actores ac domini requirantur: quorum ſi vitio probantur debita fuiſſe contracta, in abſoluto eſt vt debeat dominium commutari.

14. Iidem AA. Aureliano P.P.

RVra[p] & poſſeſſiones quas curiales quolibet pacto publicatis apud acta prouincialia deſideriis ſuis vel reliquerunt, vel poſſidere alios permiſerunt: penes eos qui eas excoluerũt, & functiones publicas recognoſcunt, firmiter perdurabunt, nullam[q] habentibus curialibus copiam repetendi.

15. Iidem Auguſti Sebaſto[r] com. primi ordinis.

SI quis deſerta prædia quę naualem ſuſtinent functionem, & in deſertis nunc vſque remanent, ſuperæquationis iure perceperit: meliore conditione in omnibus titulis conuenit ea releuari, vt grauis ſors nauis[s] eſſe non poſſit pro ea quæ reſederit portiuncula: cùm aliis fuerit diſpendiis liberata.

16. Iidem AA. Hermocrati P. P.[t]

SI quis auctoritate noſtri nominis[u] de fundis patrimonialibus ſteriles ſub certi canonis pollicitatione ſuſceperit, firmiter eum volumus poſſidere: ſub eiuſdem tamen canonis ſolutione, quem noſtræ maieſtatis auctoritas, per annos ſingulos ſoluendum eſſe præſcripſit: nullamq; eos deſcriptionem, ſiue adiectionem, aut innouationem in poſterum ſuſtinere: quoniam nimis abſurdum eſt, eos qui nobis hortantibus fundos inopes atque egenos[x], magno labore ‖ impenſo, ‖ aut exhauſto patrimonio vix fortè meliorare potuerunt, vtpote deceptos, inopinatum onus ſuſcipere: illudque velut quadam circumuentione depoſci, quod ſi ſe daturos præſciſſent, fundos minimè ſuſcipere aut etiam colere paterentur.

17. Imp. *Theodoſ.*[y] A.

IVbemus[z] neminem curialem pro alieni territorij debitis detineri[a], ſed tantùm municipem pro gleba propria conueniri. Dat. V. Kalend. Maij, Rau. poſt Conſ. Felicis & Tauri VV. CC.

## DE[b] FVNDIS LIMITROphis[c], & terris, & paludibus, & paſcuis, & limitaneis, vel caſtellorum,

## Tit. LIX.

*Reſcripta in contrarium impetrata nullius ſint momenti.*

1. Impp.

[a] *C.T.* 13.11.8.

[b] impotentiam, *in C.T.*

[c] *Multa ſunt hîc immutata ex C.T. vnde huiuſmodi ſubſcriptio addẽda eſt:* Dat. Non. Mart. Conſtãtinopol. Honor. A. IIII. & Eutychiano Coſſ.

[d] penes quidem hos.

[e] eam excoluerint.

[f] competitoris.

[g] præſtentur.

[h] *C.T.* 11.1.31.

[i] deſtitutione, *in C.Th.*

[k] detinendũ *in C.Th.*

[l] depectione, *al.* defectione, *in C.T. al.* defunctione. *in lib. Aured. legitur* defectione.

[m] retinent, *in C.T.*

[n] mõſtratur.

[o] nec.

[p] *al.* Iura, *ſed malè.*

[q] *al. additur,* penitus.

[r] *al.* Sebaſtiano.

[s] naualis.

[t] *al.* Hermogeni.

[u] numinis.

[x] *Nouella integra habet* ieiunos: *et ita legitur in quibuſd. vet. lib.*

[y] *In quib. lib. hæc lex ſuperiorem præcedit: & ea eſt illius inſcriptio:* Impp. Theod. & Valentin. AA. Celeri Proc. Afric.

[z] *C. Th.* 12.1.186.

[a] attineri.

[b] *Eclo. lib.* 55. *tit.* 6.

[c] limitotrophis *Cuia. hîc rectè fundos limitotrophos dici ſcribit, quòd inde milites limitanei alantur, non quòd ad milites limitaneos pertineant.*

1. Impp. *Valentinianus*, *Valens*, & *Gratianus*, Auguſti ad Licinium † P P P.

TIBERIANVS ad poſſibilitatem ſingulorum quorumque locorum, intuens ſtatuitcertas poſſeſſiones quæ ad limitem [a] fruměta conueherent. Quocirca generali lege ſancimus, Tiberiani diſpoſitionem oportere obſeruari: amouentes quidquid vel potentia cuiuſcumq; [b] elicuit [c], vel furtiua deprecatio: addentesque nihilominus, in futurum nulli licere [d] aduerſus vtilem vetuſtatem, & præſentem legem noſtram importuna & reſpuenda repoſcere [e].

† *al.* ad Latinum, *in meo manuſ. Cont.*
[a] *In ſcriptis*, ad limitum fruměta cōuenirent.
[b] vniuſcuiuſque.
[c] reliquit.
[d] nocere.
[e] depoſcere.

2. Impp. *Honor.* & *Theod.* A A.

QVicumque caſtellorum loca quocumque titulo poſſident, cedant [f] ac deſerant: quia his [g] tantùm fas eſt poſſidere [h] caſtellorũ territoria, quibus adſcripta ſunt, & de quibus iudicauit antiquitas: quòd ſi vlterius, vel priuatæ conditionis quiſpiam in his locis vel non caſtellanus miles fuerit detentator inuentus: capitali ſententia cum publicatione bonorum plectetur.

[f] reddant.
[g] ab his.
[h] poſſideri.

*Agri limitanei donec per milites poſsidentur, ſunt à tributis immunes. Bart.*

3. Impp. *Theod.* & *Valent.* A A.

AGros limitaneos vniuerſos cum paludibus omniq; iure, quos ex priſca diſpoſitione limitanei milites ab omni munere vacuos ipſi curare pro ſuo compendio, atq; arare conſueuerant, & ſi in præſenti [i] colũtur, ab his firmiter ac ſine vllo concuſſionis grauamine detineri: & ſi ab aliis poſſidentur (cuiuslibet ſpatij temporis præſcriptione ceſſante) ab vniuerſis detentatoribus vindicandos [k], iiſdem militibus ſine vllo prorſus (ſicut antiquitus ſtatutum eſt) collationis onere volumus adſignari: in his etiam contra eos qui præceptionibus noſtris obuiam venire tentauerint, proſcriptionis [l] pœna valitura. Nam ſi quis fortè (quod minimè audere debuerat) emptionis titulo, memorati iuris poſſidet prædia: competens ei actio contra venditorem intacta ſeruabitur [m]. Dat. Prid. Id. Septembr. Conſtantinopol. Maximo II. & Paterio [n] Coſſ.

[i] præſentia.
[k] vindicatos.
[l] eadem pœnarum acerbitate quæ aduerſus ducum auiditatem prolata eſt, valitura. *in Nou. Th.*
[m] *Hanc ſubſcriptionẽ reſtitui ex Nou. Th.*
[n] *al.* Paterno.

## DE [o] PASCVIS PVBLICIS, & priuatis, Tit. LX.

*Antiqua penſio pro paſcuis ſaltuum antiquitus conſtituta, inconſulto principe augeri non debet. An.*

1. Imppp. *Valent. Theod.* & *Arcad.* A A A. [p] P. P.

CVM nulla ratio ſit, cur in paſcuis ſaltibus rei priuatæ penſio debeat ampliari, nequaquam pro libidine ordinum augmenta facienda ſunt. Etenim idcirco grauiorem penſionem imponi ab ordinibus accepimus, vt animalia ex rebus priuatis noſtris à locorum paſtibus arceantur: quod fieri non oportere diuæ memoriæ Iulianus prorogata iuſſione conſtituit. Quare excellens auctoritas tua conuentis prouinciarum rectoribus, non eam licitationis neceſſitatem patiatur inferri, quam repentinam faciunt ciuitates: ſed eam manere decernet, quam ſtatuit antiquitas.

[o] *Ecl. lib.* 55. *tit.* 7.
[p] ad Rufinũ.

2. Impp. *Arcad.* & *Honor.* A A. ad Simplicium magiſt. mil. [q]

INſignis auctoritas tua hac [r] conditione à publicis pratis ‖ ac amœnis ‖ [s] paſcuis animalia militum prohiberi præcipiat, vt [t] vniuerſi cognoſcant, de emolumentis eorum, tuique officij facultatibus, duodecim libras auri fiſci commodis exhibendas, ſi quiſquam poſthac memorata prata [u] mutilare tentauerit: non minore decernenda pœna, ſi etiam prata priuatorum [x] Antiochenorum fuerint deuaſtata: ita tamen, vt ſine læſione prouincialium prouideant curiales quo pacto animalium militarium paſtui [y] conſulatur.

[q] *al.* Simplicio Comiti & magiſtro vtriuſq; militiæ.
[r] ac cōditio.
[s] *Pro incluſis legit Cuiac.* Apamænis, *i. Syriæ locis de quibus Strabo lib.* 16. *In quib. Vet. lib. deeſt* amœnis.
[t] vt &.
[u] prata praua.
[x] *al. additur*, aut.
[y] paſcuis.

*Prata prouincialium non debent fatigari moleſtia militum principis. Bart.*

3. Impp. *Honor.* & *Theod.* Auguſti.

PRata prouincialium noſtrorum, & præcipuè rei priuatæ noſtræ, perniciosum ‖ vel periculoſum ‖ [z] eſt militum moleſtia fatigari. ideoque lege ad ampliſſimam præfecturam promulgata, cenſemus, ne hoc deinceps vſurpetur ſuper qua re vniuerſos quorum intereſt, conuenire tua magnificentia non moretur: neque permittat [a] poſſeſſores vel colonos pratorum gratia qualibet importunitate vexari.

[z] *al. deeſt*, vel periculoſum.
[a] permittãt.

## DE FVNDIS PATRIMONIALIBVS, [a] & ſaltuenſibus, & emphyteuticis, & eorum conductoribus, Tit. LXI.

*Accipiens fundum fiſcalem in emphyteuſim perpetuam, ipſum donat etiam irrequiſito fiſco. Bart.*

1. Imp. *Conſtantinus* A.

SI quis fundos emphyteutici iuris ſalua lege fiſci citra iudicis auctoritatem donauerit, donationes firmæ ſint, dummodo ſuis quibuſque temporibus ea, quę fiſco penſitanda ſunt, repræſentare cogatur.

[a] *Fundi patrimoniales ſunt qui ad patrimoniũ principis pertinent: ſaltuenſes ſunt paſtioni deputata nemora: emphyteutici ſunt fundi qui emphyteutico iure dantur. Cuiac. hic.*

2. Idem Auguſtus ad Dracontium.

PAtrimonialis fundi penſitationem ſeu aurariam ſeu frumentariam intra tempus omiſſam, minorum dominio non nocere præcipimus, nec ad fraudem iuris eorum accedere [b], ſi quod ſolenniter debetur, paulò ſerius inferatur: ita tamen, vt permanente ſubſtantia paruulorum, iudex tutorem vel curatorem, per quem differtur illatio, negligentiæ ſuæ & deſerti officij pœnas exigat, & damna deplorare compellat.

[b] euadere.

3. Impp. *Valent.* & *Valens* Auguſti.

QVicumque poſſeſſiones ex emphyteutico iure ſuſceperint, ea ad refundendum [c] vti occaſione non poſſunt, qua aſſerant deſertas eſſe cœpiſſe, tametſi reſcripta per obreptionem meruerint: ſed nec auelli eas ab his poſſe, nec ſi licitatio [d] ab alio [e] fuerit promiſſa [f]: ſed eas in perpetuum apud eos qui eas ſuſceperint, & eorum poſteritatem remanere, nec ſi ſuper hoc reſcriptum fuerit aduerſus eos impetratum.

[c] referendũ, *al.* refutandum: *in duob. manuſ.* reddendum.
[d] locatio.
[e] aliquo.
[f] permiſſa.

4. Imppp. *Valens*, *Grat.* & *Valent.* Auguſti ad Florentium [g].

FVndi patrimoniales, & qui ex emphyteutico iure ad domum noſtram diuerſis generibus deuoluti ſunt, ſic eis, qui eos popoſcerint, cedunt, vt commiſſi metus eſſe non poſſit. Neque enim magis commodamus noſtra, quàm tradimus ea iure dominij: ita tamen, vt ea, quæ in noſtra poſſeſſione poſiti præſtiterint, & in poſterum ſoluant.

[g] Iidem A A. ad Florianũ Com. R. P. *in lib. manu. al.* ad Florum.

5. Impp. *Gratian.* & *Valent.* Auguſti.

SI qui à prioribus colonis vel emphyteuticariis deſtitutum patrimonialem fundum à peræquatore vel cenſitore ſuſceperint: perpetuo eundem atque inconcuſſo iure poſſideant, nec quiſquam ſecundus petitor accedat.

6. Imppp. *Gratian. Valentin.* & *Theod.* Auguſti.

HI quibus patrimoniales poſſeſſiones per Aſianam [h] & Ponticam diœceſim, vel à nobis, vel à diuis [i] parentibus noſtris ſacra largitate donatæ ſunt, inconcuſsè poſſideant, atque ad ſuos poſteros tranſmittant: quod quidem non ſolùm in hæredibus, ſed etiam in contractibus [k] omnis generis [l] volumus cuſtodiri.

[h] Aſiam.
[i] diuinis.
[k] contractatoribus, *in quib. Vet. lib.*
[l] omni genere.

*Accipiens in emphyteuſim à fiſco, debet cauere de non deſerendo ſub hypotheca ſuorum bonorum. Bart.*

7. Iidem A A A. Cynegio P. P.

QVicumque ad emphyteuſim fundorum patrimonialium vel reipublicæ iuſſu noſtri numinis [m] venerit, is ſi redundantia fortunarum idoneus fuerit ad reſtituenda quæ deſertis fortè poſſeſſionibus requirentur, patrimonium ſuum públicis implicet nexibus. Si verò minor facultatibus ꝓbabitur, datis fideiuſſorib. idoneis ad emphyteuſim accedat: ſcientibus his quos talium rerum cura ſolicitat, in ſe negligentiæ damna, ſi huiuſmodi cautio defuerit, eſſe vertenda. [n]

[m] nominis.
[n] reuertẽda.

8. Iidem Auguſti Nedearcho. [o]

OMnes fundi [p] patrimoniales per Meſopotamiam, & Oſdrochenam [q] prouincias, quos conſtat diuorum retro principum ſanctionibus limiti deputatos, ad ius priſtinum ſine vllius adſertionis reuocentur obſtaculo, præbituri omnia quæ antea impendenda neceſſitatibus limitis præberi [r] conſueuerant: ita vt nulli penitus audiantur, qui aut reſcripto aut adnotatione dominium vel emphyteuſim vel conductionem quolibet genere largitatis de noſtra liberalitate meruerint.

[o] *aliàs* Clearcho P. P.
[p] *Hic not. cōtra illos qui dicunt Rom. imperiũ non fuiſſe extenſum vltra Euphratem.*
[q] Oſdroenã. *Alc. hîc. al.* Oſroenã, *al.* Sophenam.
[r] præbere.

9. Impp. *Arcad.* & *Honor.* A A.

VNniuerſi cognoſcant nihil priuato iure, ſaluo canone, fundis emptis cum patrimonialib. eſſe commune: ita vt ad eos nunquam patrimonialium fundorum peræquator accedat: graui multa feriendo eo, qui ſtatuta noſtræ clementiæ auſus fuerit temerare.

10. Iidem A A. Eutychiano P. P.

FVndos patrimoniales eos dumtaxat, qui ſaluo canone iure priuato noſtra liberalitate conceſſi ſunt, cum his patrimonialibus qui in conditione propria conſtituti ſunt, illuſtris auctoritas tua iubeat exæquari: ita vt releuato onere rei [a] quod imminet fatigatis, translatio in eos qui integris viribus florent, ‖ & adſcriptio [b] ‖ tributorum, æqua lance diuidatur.

[a] eius quod.
[b] *al. deſunt.*

11. Impp. *Honor. & Theod.* Auguſti.

IVs emphyteutici prędij, quod ſine obligationis vinculo retentatum eſt iudicio noſtro, immutabile perdurare præcipimus. poſſeſſionem autèm, quæ ſine obligatione ſpeciali fuerit vitioſa, vetuſtate temporis nolumus [c] adiuuari.

[c] *al.* volumus. *ſed rectior eſt excuſa lectio.*

*Emphyteutæ fundos patrimoniales emere non coguntur. Bart.*

12. Impp. *Theodoſ. & Valentin.* Auguſti.

POſſeſſores, vel emphyteuticarij patrimoniales, qui fundos minimè nunc vſque comparauerunt, eodem largitatis modo nequaqam ad eorum comparationem vrgeantur: ſed tanquam pretiis depenſis, ſic eis noſtri numinis [d] beneficio potiantur: vt quod iuris alter inferendo pretium conſecutus eſt, hoc noſtra liberalitate prædictus emphyteuticarius habeat. Illud quoque ius, in quibus coluit prædiis, quod aut ex ſucceſſione, aut ex comparatione priuata, aut [e] noſtri numinis liberalitate, aut quocunque modo poſſedit, ſciat illibatum intemeratumq; ſeruari: licentia eis concedenda etiam libertates mancipiis ex fundis patrimonialibus atque emphyteuticariis, cùm fundorum ſint domini, præſtare.

[d] nominis.
[e] à noſtri nominis.

13. Iidem [f] A A. ad Florentium P P.

NVlli iam in poſterum licere præcipimus patrimoniales ſeu limitrophos, [g] vel ſaltuenſes fundos, qui per tractum Orientis poſiti ſunt, ad ius transferre priuatum: ſiue dempto ſiue ſaluo canone iuris ‖ fundorum [h] ‖ immutatio poſtuletur: legis temeratores quinquaginta librarum auri pœna coercentes: tam videlicet petitorem, quàm officium quod petitionem concedit admitti: licet adnotatio noſtra vel [i] diuina pragmatica contra vetitum proferatur.

[f] *Ex Nouella Theodoſii, cuius ea eſt inſcriptio:* Iidē A A. Florentio PP. Do.
[g] limitotrophos *legit Cuiac. non* limitrophos: *quamuis ita legatur in No. Th.*
[h] *deeſt in N. Th.*
[i] licet, *in No. T. ex qua ſubſcriptio ſic reſtituenda eſt:* Data VI. Id. Iun. Conſtantinop. Theodoſio A. XVII. & Feſto Coſſ.

*Qui per quadraginta annos fundum patrimonialem vel templorum poſſederit, vel alterius iuris cum titulo, vel ſine: nullam pro ipſo moleſtiam vel quæſtionem pati poteſt. Bart.*

14. Imp. *Anaſtaſius* A.

IVbemus omnes qui in quacunq; diœceſi aut quacunque prouincia vel quolibet ſaltu ‖ vel ciuitate [k] ‖ fundos patrimoniales vel templorum, aut agonothetici, ſeu releuatorum iugorum, vel cuiuſcunq; iuris per quadraginta iugiter annos (poſſeſſione ſcilicet non ſolùm eorum qui nunc detinent, verùm etiam eorum qui antea poſſederant, computanda) ex quocunque titulo, vel etiam ſine titulo hactenus poſſederũt, vel poſtea per memoratum quadraginta annorum ſpatium poſſederint, nullam penitus ſuper dominio memoratorum omnium fundorum vel locorum, vel domorum à publico actionem vel moleſtiam aut quamlibet inquietudinem formidare, ſed impoſitum canonem pro qualitate iuris, cuius prædia ſunt vel loca, per ſingulos annos ſoluentes, pro certo habeant ſuum eſſe quod poſſident, vel poſtea poſſederint: ita vt omnibus ad excludendam omnẽ quolibet modo ex publico mouẽdam quæſtionem, nuda ex [l] quocunque titulo, vel etiam ſine titulo corporalis quadraginta annorum iugis [m] poſſeſſionis exceptio poſſit ſufficere: hoc etiam adijciendo, vt illi quoque qui ad-empto [n] canone huiuſmodi fundos ab initio principali iuſſione [o] datos ſibi fuiſſe confirmant: ſi per quadraginta annos adempti canonis beneficium iugiter poſſederunt: nec canonem cuius ademptionem quadraginta (ſicut dictum eſt) annorum poſſeſſio teſtatur, poſſint penitus profligari: eo quòd noſtræ pietati placuit in vtroq; caſu, id eſt tam ſaluo, quam adempto canone, poſſeſſorum noſtrorum iura in eo ſtatu in quo per quadraginta annos (ſicut dictum eſt) iugiter manſerunt, abſque vlla innouatione durare.

[k] *al. deſunt.*
[l] & ex.
[m] *al.* iuris.
[n] dempto.
[o] per iuſſionem principalem.

## DE MANCIPIIS ET COLONIS patrimonialium, ſaltuenſium, & emphyteuticorum [p] fundorum, Tit. LXII.

[p] emphyteuticariorum.

*Si villa locata in emphyteuſim conceditur, non poſſunt coloni vſurpare totum territorium eiuſdem. Bart.*

1. Imp. [q] *Conſtantinus* A.

[q] *al.* Impp. Valent. & Valens A A.

EMphyteuticarios grauant coloni, agros præter cõſuetudinem vſurpantes, quos nullis culturis erudierunt: cum ſolennitas id eos attrectare permittat, quod eorum labore vel oliuetis eſt inſitum [a], vel vinetis. Sed & irriguas fontium aquas vſurpare conantur, quarum [b] fructus ſolis emphyteuticariis debentur. Ideoque placuit, vt deinceps aquarum iura poteſtatesq; penes emphyteuticarios permaneant: tantumq; ex ‖ eis [c] ‖ colonis impertiatur, quantum culturis eorum agrorum ſufficere manifeſtum eſt, quos [d] ipſi colunt, pro modo autem ſuperfluæ irrigationis, quam vltra culturas ſuas vſurparint, emphyteuticariis poſſeſſoribus penſiones acceſſionesq; præbeant.

[a] *al.* obſitum,
[b] quorum.
[c] *al. deeſt.*
[d] quod.

2. Imppp. *Valens, Grat. & Val.* A A A.

LIbertates quas mancipiis ex fundis patrimonialibus atque emphyteuticis, qui fundorum non ſunt domini, pręſtiterint, rationales huius [e] pręcepti auctoritate reſcindant.

[e] huiuſmodi.

*Emptor fundi patrimonialis tenetur dare colono; quem ſi expulerit, poſſeſſione priuatur.*

3. Imppp. *Gratianus, Valentinianus & Theodoſius* A A A.

COgnouimus à nonnullis qui patrimoniales fundos meruerunt [f], colonos antiquiſſimos perturbari, atque in eorum locum [g] vel ſeruos proprios, vel alios colonos ſurrogari. Edicti itaque huius auctoritate ſancimus, eos qui deinceps aliquid huiuſmodi crediderint attentandum, hiſdem poſſeſſionibus eſſe priuandos.

[f] emeruit.
[g] loco.

*Coloni ad aliquam militiam conuolantes, reuocantur ad antiquam culturam. Bart.*

4. Iidem Auguſti [h] Cynegio præfecto prætorio.

SVper patrimonialium refectione [i] fundorum dudum noſtris eſt legibus conſtitutum, vt hi qui eos colentes, ſolum eorum verterant: nunc ‖ ad ‖ alia ‖ ſe [k] ‖ loca dirigentes, nunc ad militiam cõuolantes, ad auitas conditiones & propria iura reuocentur. Cæterùm eos qui caſtrenſibus ſtipendiis otia quieta meruerunt, ‖ iam [l] ‖ vel veterani conſtituti, nequaquam placet tela in vſum vomeris ligoniſque conuertere.

[h] & Arcadius A. *in ve. quib. lib.*
[i] refectionẽ.
[k] *al. deeſt.*
[l] *al. deeſt. al.* etiam.

## DE FVGITIVIS COLONIS PAtrimonialibus, ſaltuenſibus, & emphyteuticis, Tit. LXIII.

1. Imppp. *Valentinian. Theodoſ. & Arcad.* Auguſti.

QVICVNQVE paruuli ex municipibus vel colonis [m] patrimonialib. vel ſaltuenſibus, quorum tamen aui ac patres implicati huiuſmodi functionibus fuerint, conniuentia militaris officij ad ſtipendium caſtrenſe vel officia diuerſa tranſierint: ad munera patriæ, vel ‖ ad ‖ agrorum cultus conuentis ducibus, tribunis, ac præpoſitis reuocentur, neque his ſtipendia ‖ data [n] ‖ proſint.

[m] ex colonis.
[n] *al. deeſt. al. additur poſt* proſint. *et eſt ex ſubſcriptione.*

2. Iidem Auguſti Cynegio præfecto prætorio.

QVíſquis [o] colonum patrimonialem [p] aut ſolicitatione ſuſceperit, aut occultatione celauerit: non ſolùm [q] ipſum reſtituere, ſed etiam libram auri pœnæ nomine inferre cogatur. PP. 8. Kalend. Nouemb. Conſtantinopol. Honorio N. P. & Euodio Conſſ.

[o] *Ex lib. 5. tit. 9. l. 2. C. Th.*
[p] iuris alieni *in C. T.*
[q] *Quadã hic omiſſa ſunt è C. T. quem vide.*

*Omnes adſcriptitij ad agriculturam prædiorum patrimonialium, ſi ad aliquam militiam conuolauerint, reuocantur. Bart.*

3. Impp. *Honorius & Theodoſius* Auguſti.

CViuſcunque adnotationis, vel oraculi dudum impetrati, vel poſtea eliciendi auctoritatè ſubmota: omnes quos patrimonialium agrorum vinculis fortuna tenet adſcriptos, ſub quibuslibet gradibus militantes, ad prouinciæ moderatoris iudicium illico ſub idonea interceſſione mittentur.

## DE COLLATIONE FVNDOrum patrimonialium, & emphyteuticariorum [r], Tit. LXIIII.

1. Imp. *Conſtantinus* Auguſtus. [ſ]

[r] *al.* emphyteuticorum.
[ſ] ad Proculũ Proconſ. Africæ, *in C. Th.*

EMPHY-

EMPHYTEVTICARII [a] poſſeſſores qui manſuetudinis noſtræ beneficio ad extraordinaria minimè deuocãtur‖munera [b]‖: ſicut cæteri prouinciales, obſequiũ ſuum itineribus muniendis impendant. Nulla enim ratione debẽt ab hoc quod in commune omnibus profuturum eſt, ſeiungi [c].

2. Idem Auguſtus ad Ouinium [d].

PAtrimoniales [e] fundos extraordinariis oneribus vel mediæ aut tertiæ portionis obſequiis fatigari, non conuenit, cum eoſdem & auri ſpeciem, & frumenti plurimum modum conſtet perſoluere: ita vt qui violare ſtatuta tentauerit, puniatur. PP. VI. Kal. Septemb. Karthagini, Conſtantino A. V. & Licinio Conſſ.

3. Imp. *Iulianus* Auguſtus. [f]

OMnes qui patrimoniales fundos ſiue [g] communiter ſiue ex aſſe retinent, pro his conueniendi ſunt ad vniuerſorum munerum ad eoſdem fundos pertinentium pro rata portione vel in ſolidum functiones, ſicut vnumquemq; priuatorum neceſſitas publicæ penſitationis adſtringit. Dat. V. Kalen. April. Mamertino & Neuitta Conſſ.

4. Impp. *Valentinian. & Valens* Auguſti.

PLacuit vt emphyteuticorum fundorum patrimonialiumq; poſſeſſores, quo voluerint tempore, & quantum habuerint penſionis paratum: dummodo non ampliùs quàm in tribus per ſingulos annos vicibus, officio rationalis adſignent: ac de ſuſcepto ab eodem ſecuritatem eodem die pro more [h] percipiant: modò vt intra Ianuariarum iduum diem omnis ſumma ratiociniis publicis inferatur: grauiſſimæ pœnæ ſubdendo officio, ſi cuiquam quolibet anni tempore (dummodo nequaquam numerum ternæ [i] illationis excedat) ſolutionem facere geſtienti negauerit ſuſceptionis officiũ, vel ſi moram fecerit in chirographo ſecuritatis edendo: ſuper quo poſſeſſores, aut procuratores, vel magiſtratus, aut quicunque in locis fuerint qui conficiendorum actorum habeant poteſtatem, conueniat conteſtari: vt & de officij inſolentia conſtet, in quo exercenda vindicta eſt: & his poſſit eſſe conſultum.

5. Impp. *Arcad. & Honorius* AA.

PEr omnes prouincias patrimonialium fundorum ab ordinariis iudicibus canon exigatur: & quicquid exactum fuerit, dirigatur. Sciant verò memorati iudices nihil ſibi ex priuatæ rei canone, vel ex eo quod ex hiſdem titulis contigerit, ad neceſſitates alias transferendum: niſi maluerint grauiſſima ſeueritate eorum licentiam coerceri

DE FVNDIS REI PRIVATÆ, ET ſaltibus diuinæ domus,

Tit. LXV.

*Fiſco alienante rem non poteſt res auocari, ſed perpetuo penes ipſum vel eius ſucceſſores debet res permanere. Bald.*

1. Imp. [k] *Conſtantinus* A.

VNIVERSI cognoſcant has poſſeſſiones quas de fiſco noſtro comparauerunt, ſeu cõparant, nullo a nobis iure retrahi. ſed propria firmitate poſſeſſas, etiam ad poſteros ſuos dominij perpetui durabilitate dimitti.

2. Impp. *Valentinianus & Valens* AA.

HI quos commoditas priuatæ rei prædiorum [l] ad ea poſtulanda ſolicitat, adeant tuæ dignationis officium, & modum ſuæ deliberationis indicent per libellos: certumque habeant [m], quòd vnaquæque villa cum eo onere vel forma [n] cui nunc habetur obnoxia, ad noui domini [o] iura migrabit: vt ſiquid adiecerit ſumptus cura vel ſolertia, quicquid mancipiorum vel pecoris accreuerit, capitationis aut canonis augmenta non patiatur, ſed ſolis [p] dominis hæredibuſque dominorum ſit ceſſura felicitas. Si quis autem in annis ſingulis non ſoluerit debitum ex re ipſius: quod in reliquis remanſiſſe claruerit, ſine aliquibus dependere cogetur induciis. Sanè ſi quem poſtea minus idoneum factum eſſe conſtet [q], nec ita vt expedit, rationem reddere penſionis: res quas ex noſtris rebus acceperat, ad alium idoneum iure quo ſancimus transferentur: nec tamen decoctoris cuiuſque reliquis, qui nouus accedit, onerabitur.

3. Impp. *Grat. & Valent.* Auguſti. [r]

QVicunq; poſſeſſionem rei priuatę noſtræ acceptam ſuo nomine, vel iure perpetuo, & vel titulo conductionis ei crediderit eſſe tradendã, qui penſare vtilitatem patrimonij noſtri ſoluendo nõ valeat: is ꝓ eo quẽ ſuccedaneum ſurrogauit, perpetuæ [ſ] ſolutioni ſtatuatur obnoxius.

[a] *C.Th.* 15.3.1.
[b] *Abeſt à C. Theod.*
[c] eſſe ſeiuncti, *in C.T. ex quo reſtituenda hic eſt ſubſcriptio* PP. Non. Maij Karthagine, Conſtantino A. V. & Licinio Cæſar. Coſſ.
[d] Catulinum P.P. Africæ.
[e] *C.T.* 11.16.1.
[f] *C.T.* 11.19.2.
[g] *Multa ſunt hic & poſtea addita à compoſitoribus.*
[h] promere.
[i] trinæ.
[k] Imp. Conſtantini edictum ad Conſtantinopolitanos. *ita ſcriptum reperi in vno manuſcr. al.* Impp. Conſtantinus & Cõſtans AA. ad Heliodorum.
[l] pretiorum.
[m] habeat.
[n] fortuna.
[o] dominij.
[p] ſolùm.
[q] conſtabit.
[r] Imppp. Gratian. Valentinia. & Theodoſius AAA. ad Heſperium.
[ſ] perpetuò.

4. Iidem ad Orebium. [a]

VNiuerſi fundi templorum, ad rationalium rei priuatæ ſolicitudinem curamque pertineant: atque ab his anniuerſariis [b] ſolutionibus poſtulatis, peculiari (vt ſemper fuit) ſtudio defendantur.

5. Iidem ad Nebridium. [c]

VSus aquæ, quæ fundorum noſtrorum vtilitatibus ſeruiebat, plurimorum dicitur vſurpatione ſublatus: idq; procuratorum conniuentia vel diſſimulatione perfectum, vt agrorum fertilitas deſtituta [d], nullos fructus cultoribus præſtet [e]. Quia igitur ſatis iniuſtum eſt ſtatũ florentis antè patrimonij, aridæ ſitis moleſtia fatigari: ad meatus priſtinos vniuerſum aquæ motũ, temporis præſcriptione ſubmota, præcipimus reuocari.

6. Imp. *Arcadius.* [f]

EVm [g] qui collegio, vel curiæ, vel burgis, cæteriſq; corporibus per XXX. an. ſine interpellatione ſeruierit: res dominica, vel intentio priuata nõ inquietabit, ſi colonatus vel inquilinatus quæſtionẽ mouere [h] tentauerit: ſed in curia vel in corpore in quo ſeruierit, remaneat. D. 3. Kal. Iul. Med. Stilichone & Aureliano Coſſ.

7. Impp. *Theodoſ. & Valentinian.* Auguſti ad Eudoxium. [i]

NEmo dempto [k] canone ad comparationem dominicæ poſſeſſionis accedat. Quòd ſi quis in poſterũ ad interdictum contractũ acceſſerit, eum volumus pretia perdere [l] perpetuò: nec expenſarum, vel melioratæ rei fructuum exactioni compenſationem opponere: nec temporis ſibimet contra ‖noſtra‖ commoda præſcriptione ‖ excepto vetuſtatis auxilio [m] ‖ blandiri: palatinum etiam officium ſi quoquo [n] modo contractus eiuſmodi fuerit celebratus, vel ſi talem petitionẽ inſtruxerit, quinquaginta pondo auri pœnæ nomine inferre priuato noſtræ manſuetudinis ærario: nulla liberalitate noſtræ clementiæ, nulla ſanctione contra tanta rei priuatæ commoda valitura, licet adnotatio, vel diuina pragmatica ſit, quæ contra vetita canonem vendere concedat [o], vel pœnam palatino remittat [p] officio. Dat. 13. Kal. Iun. Conſtantinop. Anatholio V. C. Coſ.

DE FVNDIS ET SALTIBVS rei dominicæ [q],

Tit. LXVI.

*Immittens animalia in paſcua principis, animalia perdit: procuratorq; fiſci qui hoc conſentit, grauiſſimè punitur. Ang.*

1. Imppp. *Valent. Theod. & Arcad.* Auguſti.

SI QVIS ouium vel equarum greges in ſaltus rei dominicæ alienus immiſerit: fiſco illicò vindicentur. Quòd ſi venalis procuratorum [r] conniuentia vt id deinceps tentetur, admiſerit: eos grauiſſimo iubemus ſupplicio ſubiacere.

2. Impp. *Arcad. & Honor.* Auguſti ad Paulum comitem dominicæ rei. [ſ]

SI qua [t] loca [u] ad ſacrum dominium [x] pertinentia cuiuslibet temeritas occupauerit, ſecundũ veteris cenſus fidem in ſua iura retrahantur: reſcriptis per obreptionem impetratis, & præſcriptione [y] longi temporis, & noui cenſus præiudiciis, in hac cauſa ſubmouendis [z]. Neque enim aut precatio colorata, aut incubatio diuturna, aut nouella profeſſio, proprietatis noſtræ priuilegium abolere potuerunt. Dat. 5. Kalend. Apr. C.P. Arcadio IIII. & Honorio III. AA. Conſſ.

DE AGRICOLIS ET MANCIPIIS dominicis, vel fiſcalibus [a] rei publicæ vel priuatæ,

Tit. LXVII.

1. Imp. *Conſtantinus* Auguſtus.

NVLLVS omnino originalis colonus rei priuatæ noſtræ ad aliquos honores vel quælibet alia ciuitatis munera deuocetur. Non enim ciuitatum ordinibus, & cæteris, ex quibus pro multitudine fieri nominationes oportet, per omnia florentibus, ad hæc ſuprema præſidia iniurioſa nominatione deſcendendum eſt.

2. Idem Auguſtus Ianuario P.P.

COlonos noſtros, qui priuati ſunt, vel ad ratiocinia gerẽda, vel ad colendos agros idonei, retrahi iubemus, ac tantùm colendis noſtris rebus addici: quin etiam in poſterum obſeruari ne quis eorum rem priuatã cuiuſq; gerendam, aut aliquid adminiſtrãdum ſuſcipiat.

3. Idem Auguſtus ad Equitium magiſtrum equitum & peditum. [b]

SErui atque coloni, & eorum filij vel nepotes, vel qui-

[a] *al.* Iidem AAA. ad eundem. *al.* Ceperium.
[b] *al.* vniuerſariis, *ſed malè.*
[c] *al.* Iidem AAA. ad Nepidium. *al.* Nepotium.
[d] fertilitates deſtitutæ.
[e] præſtent.
[f] Impp. Arcadius & Hon. AA. Vincentio PP. Galliarum.
[g] *Ex lib.* 12. *tit. vlt. l. pen. Cod. T. quem confer: multa enim hic ſunt immutata.*
[h] *al.* opponere.
[i] *Ex Nouella Theodoſii de reſcindendis venditionib. rei dominicæ; vbi ſic legitur inſcriptio* Eudoxio C.R.P.
[k] adempto. *in Nouel. Th.*
[l] præperdere, *in No. Theod. ſed emẽdanda eſt ex hac lectione.*
[m] *Abſunt à No. Th. et addita fuerunt ex l. vlt. ſ. de fund. patr. vt rectè obſeruauit Pithoeus.*
[n] quo, *in No. Th.*
[o] concedet. *in No. Th.*
[p] remittet, *in Nou. Th. ex qua ſubſcriptionem reſtituere potes.*
[q] Tamiacæ, *in meo manuſcrip. eſt* Dominicæ.
[r] procurator,
[ſ] *al.* domorum.
[t] *C.T.* 10.1.15.
[u] vſquam loca, *in C.Th.*
[x] tameium.
[y] præſcriptionem.
[z] *Quadã hic omiſſa ſunt è Cod. Th.*
[a] *In ſcriptis noſtris exem. legitur,* fiſcalibus, ſiue rei priuatæ. *ſic in meo rectè. Cont.*
[b] *al.* redituũ, *ſed malè.*

cunque de fundis ac poſſeſſionibus noſtris clanculo ad officia cõuolauerint diuerſa: reddantur, etiam ſi armatæ habuerint ſacramenta militiæ. Nos enim etiam eos diſcingi iubemus, ac reddi, qui protectorum fuerint nomen adepti.

4. Imppp. *Gratianus, Valent. & Theod.* Auguſti ad Florum.

EX ingenuo & colonis ancillisq; noſtris natos natáſve, origini ex qua matres eorum ſunt, facies deputari.

5. Imppp. *Valent. Theod. & Arcad.* A A.

DOminicos colonos neque ad deſcriptionem patimur deuocari, neque extraordinarias pati functiones: maximè cùm aduerſus conſuetudinem memoratis onera dicantur inferri.

6. Impp. *Theod. & Valent.* Auguſti.

QVotiens alicui colonorum agrum priuati patrimonij noſtri placuerit venundari: non vnus tantum, qui fortè conſortibus ſuis grauis ac moleſtus exiſtat, ſed alij quoque duo vel plures ex ſimili origine ac iure venientes, in ſupradicta emptione ſocientur.

## DE PRÆDIIS TAMIACIS, ET DE his qui ex colonis dominicis aliiſque liberæ conditionis procreantur, Tit. LXVIII.

*Natus ex vno parente tamiaco, & altero libero, tamiacus eſt. Bart.*

1. Imp. *Zeno* Auguſtus ‖ Chiſeroti P. P. ‖

SI LIBER colonus vel colona libera tamiaco vel tamiacæ matrimonij iure copuletur: filij vel filiæ ex huiuſmodi contubernio procreati vel procreatæ, colonis dominicis adnectentur. ſi autem adſcriptitius vel ſeruus alienus colonam, vel ancillam dominicam ducat in vxorem, vel adſcriptitia vel ancilla colono vel ſeruo nubat dominico, & ex huiuſmodi coniunctionibus nati ſunt liberi: veterum legum ius tenere ſancimus.

2. Idem Sebaſtiano P.P.

MEminimus pragmaticam ſanctionem iuſſiſſe fundos tamiaci iuris in prouinciis poſitos, nec non etiam poſſeſſiones Gonatici ſaltus ſub certa forma (ſaluo ſcilicet canone, & tributariis collationibus) hiſdem prædiis impoſitis, volentibus diſtrahi, quatenus quicquid ex pretiis memoratorum fundorum poſſit reſtitui, publico inferatur. Sed licet per eandem ſanctionẽ huiuſmodi venditionum contractibus pleniſſima delata ſit cautio, attamen perpetuæ emptionis ſecuritati conſulentes, huius etiam perpetuæ conſtitutionis auctoritate muniri eoſdem emptores præcipimus.

## DE DIVERSIS PRÆDIIS VRBAnis & ruſticis templorum & ciuitatum, & omni reditu ciuili, Tit. LXIX.

1. Imp. *Iulianus* A. Attico.

PRO ædibus quas nonnulli in ſolo reipublicæ extruxerunt, placitam præſtare penſionẽ cogantru.

2. Idem A. Secundo P.P.

‖ PAmphyliæ ‖ etiam ciuitates, & quæcunque aliæ, quicquid ſibi acquirant, id firmiter habeant.

3. Impp. *Arcad. & Honor.* A A.

REſtaurationi mœnium publicorum tertiam portionem eius canonis qui ex locis fundíſve reipublicę annua pręſtatione cõfertur, certũ eſt ſatis poſſe ſufficere. D. 3. Non. Iul. Med. Olybrio & Probino Coſſ.

4. Iidem A A.

EOs qui auctione prima fundorum iuris patrimonialis, ſiue templorum poſſeſſores effecti ſunt, vel fuerint, firmum dominium tenere decernimus, ne vlterius vacillet vniuſcuiuſq; poſſeſſio, ſed teneat quiſq; ius proprium quod dato pretio roboratum eſt, vel fuerit.

*Emptio rei emphyteuticæ fiſcalis facta à priuato, vel etiam à ciuitate ſub pacto ne teneatur ad canonem, tenet: ſed pactum eſt irritum. Bart.*

5. Imp. *Valentinian.* A.

SI qui ex titulo donationis vel emptionis, ſiue ex alio quolibet titulo poſſeſſiones, vel domus, vel ergaſteria iuris duntaxat ciuilis, quæ huius iuris eſſe verè probantur, cuiuslibet ciuitatis, & præcipuè huius æternę vrbis, cui maiorem debemus fauorẽ, tam ciuilis (vt dictũ eſt) iuris, quam etiam agonotheticas poſſeſſiones, à conſulatu Auſonij & Olybrij, dempto ciuili canone acceperunt: eos impoſitum eis canonem iuxta fidem publicorum monumentorum ciuitatis ad quam eædem res pertinuerint, præbere iubemus. Nam ſi priuati iuris debita non patimur denegari, multo magis præbenda ſunt ciuitatibus, quæ iure debentur: cum ſufficiat poſſeſſoribus, quòd apud eos dominium in perpetuum ex noſtra liberalitate permaneat. Si quæ tamen poſſeſſiones iuris ciuilis canonem priuatis largitionibus in præſenti præbent, vel numquam ademptum, vel poſtea impoſitum: ad hanc iuſſionem non pertinebunt, ſed priuato ærario canonem quem nunc agnoſcunt, inferre ex more debebũt, dominio firmiter apud eos ſucceſſoreſque eorum & detentatores pari modo permanente. Dat. XV. Kal. Febr. Conſtantinop. Martiano A. I. Coſ.

6. Imp. *Zeno* A.

HAc in perpetuum valitura lege ſancimus Nicenſiũ ciuitati, ſeu habitatoribus eius tam ius exactionis XL. ſolidorum annui canonis ciuilis reditus ad ſuam patriam pertinentis, & poſſeſſoribus, id eſt Callimacho & Eliburno, necnon Emptorio & Veratorio ‖ cum Epotio eorum ſub territorio ‖ Apamenæ ciuitatis conſtitutis, ex nuper lapſa tertia indictione cum ipſa reſtitui: quàm ſi quid ex quo ſanctio Martiani diuæ memoriæ lata eſt, ad eiuſdem ciuitatis præiudicium geſtum eſt, infirmari, & quod ex eadem prouiſione ciuitatibus delatum, interea qualibet occaſione minutum eſt, ex auctoritate conſtitutionis noſtræ ſerenitatis eiſdẽ ciuitatibus redhiberi: ita vt nec iudiciaria auctoritas, nec imperiale reſcriptum, quacũq; videlicet adiectione munitum, ſæpe dictæ generalis legis vires poſſit infringere. Quòd ſi quis aliter fecerit, pœna graui plectetur.

## DE LOCATIONE PRÆDIORVM ciuilium ‖ vel ‖ fiſcalium, ſiue templorum ſiue rei priuatæ, ‖ vel ‖ dominicæ, Tit. LXX.

*Prædia principis quæ in perpetuum locantur, ſunt locanda diuitib. & aliis cum fideiuſſoribus idoneis. Bald.*

1. Imppp. *Grat. Theod. & Arcad.* A A A.

DIVI patris noſtri aperta præceptione cauetur, fundos ex re priuata noſtra ita tradi perpetuariis, vt periculo collocantium officiorumque tradantur. Neque enim quicquam poteſt ex deuotionis plenitudine vacillare, ſi apparitione iudiciaria & fundi idoneis attributi ſunt, & inde fiſcalis indemnitas idonea fideiuſſione eſt munita. quorum ſi alterum vel vtrumque neglectum eſt: quæ ex hoc titulo penſitatio canonica deſideratur, ex officiorum facultatibus ſeruetur.

*A colonis perpetuis fundorum publicorum non auferuntur fundi, licet alius meliorem offerat conditionem. Bart.*

2. Iidem A A A. Nibrio.

FVndi reipublicæ ab his qui ‖ nec ‖ titulo conductionis eos detinent, quiq; meliores cultu patrocinante reddiderint: nec noſtrarum quidem ſanctionum (ſi fortè quiſpiam per ſurreptionem meruerit) nutibus auferantur iuxta legem veterem: ſemel tantùm licentia faciendæ adiectionis indulta.

3. Impp. *Honor. & Theod.* A A.

LOca omnia fundíve reipublicæ, propoſitis prius licenter edictis, dehinc vbi in eum canonis modum, contendentium augmento ſuccreuerint, vt extendi vltra, aut ſuperari alterius oblatione non poſſint: perpetuariis conductoribus locentur.

4. Iidem A A. Mineruio Comiti R. P.

COngruit æquitati, vt veteres poſſeſſores fundorum publicorum nouis conductoribus præferantur, ſi facta per alios augmenta ſuſcipiant.

*Prædia domus Auguſtalis in perpetuum locata, ad alium non poſſunt transferri ſub aliquo prætextu, quandiu penſio ſoluitur. Bart.*

5. Impp. *Theod. & Valent.* A A.

PRædia domus noſtræ ſi ſemel iure perpetuo, vel noſtra præceptione, vel auctoritate illuſtris viri comitis ærarij priuati, apud aliquem fuerint vel iamdudum ſint collata, ad alium transferre perpetuariũ nõ oportet. Apertè .n. definimus hoc edicto, vt a perpetuario nunq̃ poſſeſſio transferatur, etiam ſi alteri eam imperator vel exoratus vel ſpõte donauerit, ſiue adnotatione, ſiue pragmatica: cui ſi fortè contra perpetuarium vir illuſtris comes priuatarum rerũ dum allegabitur, acquieſcet: & de ꝓprio ipſe centũ libras auri, & alias centũ fiſci iuribus palatinũ inferre cogatur officium. nec tamen poſt allegationem habebit huiuſmodi iuſſio firmitatem, ſed nec locabitur alteri, licet ingenti ſuperari videatur augmẽto poſſeſſio.

Iure

---

Left margin notes:

a *al.* Idem A. ad Florentinum.

b aut.

c De tamiacis prædiis: *pulchrè Alc. hic: & Pyrrhus* ſ. *ad tit. de fun. rei priuatæ.*

d *Pro incluſis meus liber habet*, propoſito ſacri. *fortè deeſt verbum patrimonij. Cont.*

e tamiacam.

f tamiaco.

g Iuſtinianus

h Gomaticij, *Alciat. legendum exiſtimat: gunathetici, vel agonothetici, qui ſacrorum certaminum ſumptib. deputati erant. eſt aũt Gonaticus ſaltus cuiuſdam dominici ſaltus proprium nomen, vt hic ſcribit Cuiac.*

k *penſitationes.*

l *al.* Sero.

m & ciuitates.

n teneant.

o *C.T.15.1.33. vnde hæc inſcriptio ſic reſtitui poteſt:* Haue Vincenti K. N.

p *al.* Ad reſtaurationẽ. *in C.T.* Ad reparationem.

q Cæſario P.P.

r actione, *al.* auctoritate.

s nec.

t Impp. Valenti. & Martianus A A. Palladio P.F. P. Orientis. *in Nouella Martiani.*

u *Sumpta ex Nouella Martiani de prædijs ciuitatũ omnium, quæ hodie extat in breuiario Alarici: ſed hic multũ immutata eſt.*

Right margin notes:

a *Ex Nouell. Mar. hæc ſubſcriptio reſtituta eſt.*

b *De Nicæa intellige: metropoli videlicet Bithyniæ, ſub qua fuit Apamæa. al.* Nicenenſium, *al.* Nicænſium.

c *al.* quadringentorum.

d *al.* Calamo.

e Heliobomo, *al.* Elioburno, *al.* Zeliobuno.

f Varateno. *et abeſt* &. *al.* Varatorio.

g *Cuiacius hic emendat*, Equitio, vel Enthecio. *in lib. Aur. legitur* Entechio. *in quib. incluſa deſunt.*

h intereat, *& poſt illud verbum ſit interpunctio.*

i refringere.

k templorũ & ciuitatum.

l deſiderat.

m ſeruentur. *ſed in lib. Ared.* eruẽtur.

n *al.* Nebridio com. r. p. *rectè, in meo manuſc. Cod.*

o *Abeſt negatio à quib. veter. lib. & hũc locũ affirmatiuè legendũ eſſe Græcorũ auctoritate confirmat Cuiacius.*

p addictionis.

q Impp. Arcadius & Honorius A A. Adriano P.P. *in quib. lib.*

r *al. additur* nobis.

ſ collocata.

t collocabitur.

Iure igitur perpetuo publici contractus firmitate perpetuarius ſecurus ſit: & intelligat neque à ſe, neque à poſteris ſuis, vel his ad quos ea res vel ſucceſſione, vel donatione, ſiue venditione, vel quolibet [a] titulo peruenerit [b], eſſe retrahendam [c]. Sane quia non ex omni parte excludenda eſt largitas principalis, rem diuinæ domus ſuæ imperator, ſi velit, donabit ei qui eam poſſidet, iure perpetuo: ſiue ipſe iam meruerit, ſiue cuiuſlibet tituli iure ſucceſſerit. videtur enim ſuam concedere penſionem: non alteri nocere liberalitas, quæ poſſidentem iure perpetuo dominum vult vocari. Sanè ſi quis non perpetuo iure, ſed ad tempus locatam, ab illuſtri viro comite rerum priuatarum poſſeſſionem videtur adeptus: non erit obſtaculo principali largitati, ſi voluerit in alterum donationem transferre, quod ad definitum tempus alter fortè conduxit. Si verò pro tali prædio ab altero conductore offeratur augmentum, ſit in arbitrio conductoris prioris cui res ad tempus locata eſt, vt ſi ipſe, quod alter adiecit, obtulerit, maneat penes eum temporalis illa conductio. Si verò idem hanc ipſam rem aliquando meruerit iure perpetuo poſſidere: habebit ‖&‖ ipſe ſuperius expreſſam perpetuam firmitatem.

DE CONDVCTORIBVS ET PROCVratoribus ſiue actoribus prædiorum fiſcalium domus auguſtæ,

Tit. LXXI.

*Conductores fundorum domus auguſtalis, & alij homines dictæ domus cum agere volunt vel excipere, vel experiri, debent ordinario iurê hoc facere. Bart.*

1. Impp. *Theod. & Valent.* Auguſti Baſſo P.P. [d]

CONDVCTORES hominéſve Auguſtiſſimæ domus noſtræ quotiens de cauſa ad domum regiam pertinente aliquid quæſtionis emerſerit, non aliter quam ex legum ordine (quibus ſimiliter omne hominum genus tenetur) vel excipiant vel inferant actiones: nec aliorum litigatorum negotio intercedant: nec ſententia [e] iudicantium aut illicito patrocinij ſui fomite iura conturbent: nullíve [f] executionis ſuæ turbulentum miniſterium audeant cõmodare: non priuatis ſe negotijs, nõ publicis miſceant [g]: nec quieſcentem domum delatio vlla ſolicitet: ne [h] eos inconſultæ pertinaciæ ſero pœniteat. Grauior [i] enim pœna conſtituenda eſt in hos qui noſtri iuris ſunt, & noſtra debent cuſtodire mandata. Dat. prid. Non. Mart. Rauenn. Theod. 12. & Valentiniano II. AA. Conſſ.

QVIBVS AD CONDVCTIONEM prædiorum fiſcalium accedere non licet,

Tit. LXXII.

*Palatini milites prohibentur à locatione fundorum principis. Bart.*

1. Impp. *Arcad. & Honor.* AA. Neſtorio Comiti R.P.

NVLLVS [k] palatinorum qui in officio rei noſtræ priuatæ militant, cõductionis nomine vel per ſe vel per quãlibet perſonam poſſeſſionum huiuſmodi cõducendarum habeat facultatem: cum neq; militi, neq; curiali hoc faciendum permittimus. Dat. 6. Kalend. Aug. Vincentio & Prauitta Conſſ.

DE COLLATIONE FVNDORVM fiſcalium vel rei priuatæ, vel dominicæ vel ciuitatis [l], vel templi,

Tit. LXXIII.

1. Impp. *Arcad. & Honor.* AA.

ORDINARIORVM iudicũ officijs, nec non ipſis rectoribus prouinciarum, auctores [m] ſiue conductores dominicos conueniendi licentiam damus: ita tamen, vt rationalibus priuatæ rei ad exigenda fiſcalia debita immineant.

2. Ijdem Auguſti Meſſalæ P.P.

PAlatinos qui à viro illuſtri comite rerum priuatarum cum publicis literis deſtinantur ad commonitionem iudicis, quo facilius ex prædijs rei noſtræ conferantur debitæ penſiones, cum ſumma degere præcipimus diſciplina. de quorum nominibus, ſi temere verſati fuerint, ad ſublimitatem tuam referri per ordinarios iudices oportebit, vt in eos ſeueriſſimè vindicetur.

3. Ijdem AA. & *Theod.* A. Petronio [n] P.P.

OMnia prædia tam ea quæ in re priuata olim detinentur, quam illa quæ ex proſcriptorum bonis ad fiſcum ſunt deuoluta: eatenus ab huiuſmodi priuilegijs & excuſationibus ſubmoueantur, vt omnes ſpecies annonarias, curſitationes etiam debitas, atq; integram opinionem ſciant eſſe ſoluendam.

[a] quolibet alio.
[b] peruenit.
[c] trahendam.
[d] *C. T. lib.* 10. *tit. vlt. l.* 1.
[e] ſententiam, *in C. Theo.*
[f] nulliſque, *in C. Theo.*
[g] ſe immiſceant.
[h] nec.
[i] *Hæc vltima clauſula abest à C. Th.*
[k] *Co. Th.* 10. 3. 6. *pars l. vlti. ſup. de reſcin. vend.*
[l] ciuitatum vel templorum.
[m] actores, *in veter. quib. li. quod probat Cuia. Græcorũ auctoritate, qui vertũt* διοικητάς.
[n] *al.* Centronio. *in meo. Contim.*

DE PRIVILEGIIS DOMVS AVGVſtæ vel rei priuatæ, & quarum collationum excuſationem habent,

Tit. LXXIIII.

*Ad extraordinaria munera vel ſuperindicta etiam, fiſcalis poſſeſſor non cogitur.*

1. Imp. *Conſtantinus* A. ad Italicum.

PRIVATAS [a] poſſeſſiones [b] noſtras ab vniuerſis munerib⁹ ſordidis placet imunes eſſe: neq; earũ cõductores, neq; colonos ad extraordinaria munera vel ſuperindictiones aliquas cõueniri [c]. Dat. 8. Kal. Feb. Bononię; Placido & Romulo Cõſſ.

2. Imp. *Valent.* A. [d]

REm priuatam noſtram, leuandorum prouincialium cauſa canonicas neceſſitates ea cõditione qua cunctos volumus ſuſtinere. ſed exceſſit occaſio iuſſionem: quandoquidem nõ locis ſolitis frumenta quæ ſunt ex diuerſis ſaltibus conuehenda, trahantur, ſed eo vſque portentur, quo graue atq; damnoſum eſt prouehere. Proinde ſpectabilis [e] ſynceritas tua remanentes [f] in ijſdem locis implere faciat proprias functiones quibus antea frumenta præbebant [g].

3. Impp. *Honor. & Theod.* Auguſti.

PRo tyronibus [h] in corporib⁹ poſtulatis pretia conferri ex fundis perpetuarijs noſtræ rei priuatæ præcipimus.

4. Ijdem Auguſti Aſclepiodoto præf. præt.

ABſit [i] vt nos inſtructiones viæ publicæ, & pontium ſtratarumq; opera [k], titulis maiorum [l] principum dedicata [m], inter ſordida munera numeremus. Igitur ad inſtructiones reparationeſq; itinerum pontiumq; nullum genus hominum, nulliuſq; dignitatis ac venerationis meritis ceſſare oportet. Domus [n] etiam diuinas [o] tam laudabili titulo libenter adſcribimus. Dat. 15. Kal. Mart. CP. Aſclepiodoto & Mariniano Conſſ.

5. Impp. *Theod. & Valent.* AA. Flauiano P. P.

EXcepto [p] patrimonio pietatis noſtræ, cuius quidem reditus neceſſitatibus publicis frequentiſſimè deputamus: vniuerſos poſſeſſores functiones in ſuperindictis titulis abſq; vllius beneficij exceptione agnoſcere oportere cenſemus. Dat. 3. Kal. Maij, Rauen. Baſſo & Antiocho Conſſ.

DE GREGE DOMINICO,

Tit. LXXV.

1. Impp. *Arcad. & Honor.* AA. Cæſario præf. præt.

PROPOSITIS [q] edictis ſublimis magnificentiæ tuæ, minimi maximiq; moneantur, vt ſciant ſingulas libras auri ex proprijs facultatibus eruendas pro ſingulis equis vel equabus, ſiue Hermogenianis [r] ſiue Pa[illegible]atis [s]: niſi ſponte eos [t] obtulerint. in his verò quos ex [illegible]lijs gregibus occupatos eſſe conſtiterit, ſex auri vncias fiſci iuribus [u] inferendas. Dat. prid. Kal. Decembr. Conſtantinop. Olybrio & Probino Conſſ.

DE PALATIIS [x] ET DOMIB. DOMINICIS,

Tit. LXXVI.

1. Impp. *Theod. & Valent.* AA. Ioanni Comiti rerum priuatarum.

CONSECRATAS nobis ædes, id eſt inclyta palatia, ab omni priuatorum vſu & communi habitatione excipimus.

DE CVPRESSIS EX LVCO DAPHNENSI [y] vel Perſeis [z] per Ægyptũ non excidendis vel vendendis,

Tit. LXXVII.

*Ementes & vendentes arbores cupreſſi in locis hic nominatis, puniuntur. Bart.*

1. Impp. *Arcadius & Honorius* AA.

SI quis [a] Daphnenſis [b] luci in Syria, vel Perſeis in Ægypto arbores comparauerit, quinq; libris auri nouerit ſe eſſe multandũ: non minore diſpendio & illo feriendo, qui vendere arbores auſus fuerit, quas non licet emptoribus comparare.

2. Impp. *Theod. & Valent.* AA. Eudoxio P.P.

OMnes iudices cuiuſcunq; dignitatis ſciant poſt hac abſq; permiſſu magnitudinis tuæ arborẽ ex Daphnenſi [c] luco Antiochenæ ciuitatis præcidendi vel quolibet modo lapſas transferendi licentiam ſibimet denegandam. Sed nec alytarcha [d] vnã cupreſſum, alijs plantatis, excidere ſibi licere contendat. At ne ſolatio antiqui tus ei conceſſo priuari per omnia videatur: pro eo quod ei cupreſſum excidere denegatur, vnam libram auri [e] eum de priuatis noſtris largitionibus accipere decernimus: quinquaginta [f] librarum auri condemnatione huius legis temeratore plectendo.

[a] *C. T.* 11. 16. 5.
[b] res, *in C. T.*
[c] *al.* conueniatur.
[d] Impp. Valent. Valens, & Gratian. AAA. ad Claudium, *in quibus. lib.*
[e] ſpectata.
[f] *Legendum,* rem eandem, *hoc eſt, rẽ priuatam: vt ſcribit Cuiac. al.* remeantem. *al.* remanentem.
[g] præbeant.
[h] *al.* Pro portionibus in corpor. *&c.*
[i] *Co. T.* 15. 3. 6. *pars huius l. eſt s. l.* 7. *de ſacroſan. eccl.*
[k] operam *in Co. Th.*
[l] magnorum.
[m] dedicatam,
[n] *Ec. li.* 5. *t.* 1. *c.* 5
[o] ac venerandas eccleſias, *additur in C. T. quem vide: multa. n. hic detracta et immutata ſunt.*
[p] *C. T.* 11. 1. 36.
[q] *C. Th.* 10. 6. 1. *Iunge tit. de equis curulib. in C. T.* 15. 10. 1.
[r] *v. hic Alciat.*
[s] *al.* palmatijs.
[t] *al.* eas: *quod quidã magis probãt: et referũt ad libras.*
[u] viribus, *in C. Th.*
[x] *al.* De Palatinis domib. *& ita in C. T.*
[y] Daphnes.
[z] Perſeidis. *ſed vide hic Alciatum.*
[a] *Huc pertinet l.* 12. *C. T. de iure fiſci l.* 45. §. *conductor. D. de iure fiſci.*
[b] *al.* Daphnes *eſt autẽ Daphne ſuburbanus locus Antiochiæ cupreſſis obſitus, de quo vide Stephanũ & Sozomenum li.* 5. *ca.* 19. *& Nicephor. lib.* 10. *eccleſiaſ. hiſt.*
[c] Daphnes.
[d] *al.* a luco. vel à litore *ſed rectior eſt excuſa lectio.*
[e] auri condemnatione.
[f] quinq;.